

ISIDORI EXPOSITIO IN VETVS TESTAMENTVM

PRAEFATIO

Historia sacrae legis non sine aliqua praenuntiatione futurorum gesta atque conscripta est, nec pertineret ad praefigurationis mysterium tam multiplex rerum umbra gestarum, nisi docens Apostolus diceret, *Lex figuram habet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Proinde quaedam, quae in ea figuratim dicta uel facta sunt, et sunt plena mysticis sacramentis, adiuuante superna gratia, in hoc opusculo exsequentes intexuimus, ueterumque ecclesiasticorum sententias congregantes, ueluti ex diuersis pratis flores lectos ad manum fecimus, et pauca de multis breuiter perstringentes, plerique etiam adientes, uel aliqua ex parte mutantes, offerimus non solum studiosis, sed etiam fastidiosis lectoribus, quorum nimia longitudo sermonis abhorret. Breui enim expositione succincta non faciunt de prolixitate fastidium. Prolixa enim et occulta taedet oratio, breuis et aperta delectat. Et quia iam pridem iuxta litteram a nobis sermo totus contextus est, necesse est ut, praecedente historiae fundamento, allegoricus sensus sequatur. Nam figuraliter quaedam ex his intelleguntur, uere tamquam prophetica indicia

6 Heb. 10.1

3 non sine - 4 conscripta] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.500,75-76 7 figuratim dicta uel facta] Aug., *C. Faust.* 22.95, CSEL 25/1.701,28; Siue ergo ista figurate dicta sint siue figurate etiam facta sint, non frusta hoc modo uel dicta uel facta sunt; sed sunt plane mysteria et sacramenta, Aug., *DGcM* 2.12.17, CSEL 91.139,15-17 14 Breui enim expositione] cf. J. Fontaine, *Isidore de Séville*, p. 768. Cf. Aug., *C. Faust.* 13.2, CSEL 25/1.379,7-8: ad breuitatem respondi superior tam prolixa responsio, & Isid., *Sent.* 3.14.8, CCSL III.240,31-34 19 prophetica - 20 futuorum] Aug., *De ciu. dei* 13.21, CCSL 48.404,23

1 ISIDORI EXPOSITIO IN VETVS TESTAMENTVM] Incipit expositio Hisidori super uetus testamentum *F def. A* In nomine dei summi. Incipit Expositio Ieronimi (Ysidori episcopi corr.) Genesis (in Genesim corr.) *G* In nomine dei summi. Expositio Genesis *R def. T usque ad lineam 75* 2 PRAEFATIO] Incipit praefatio *F def. A* Praefatio Ysidori supersequens opus *R om. G* 3 praenuntiatione] *praefiguratione Aug.* 4 conscripta] scripta *F* 4 mysterium] mysteriorum *F* 10 lectos] *om. F* 11 et] ut *A* 13 sed etiam fastidiosis] *om. F* 18 fundamento] fundamen-tum *F* 18 allegoricus - 22 aliquid] *om. A*

5

10

^{207C}

15 ^{208B}

praecedentia futurorum. Sane non omnia quae in lege et prophetis scripta sunt mysteriorum aenigmatibus obtieguntur, sed pro his quae aliquid significant, etiam quae nihil significant connectuntur. Sicut enim in citharis, et huiusmodi organis musicis, non quidem omnia quae tanguntur, canorum aliquid resonant, sed tantum chordae, caetera tamen in toto citharae corpore ideo facta sunt, ut esset ubi connecterentur et quo tenderentur illa quae ad cantilena suauitatem modulaturus est artifex. Ita in his propheticis narrationibus quaeque dicuntur aut aliquid sonant in significatione futurorum, aut, si nihil sonant, ad hoc interponuntur, ut sit unde illa significantia tamquam sonantia connectantur. Has autem rerum gestarum figuras de mysticis thesauris sapientium, ut praediximus, deponentes, in unam formam compendio breuitatis contraximus, in quibus lector non nostra leget, sed ueterum relegat. Quod enim ego loquor, illi dicunt, et uox mea ipsorum est lingua. Sumpta itaque sunt ab auctoribus Origene, Victorino, Ambrosio, Hieronymo, Cassiano, Augustino, Fulgentio ac nostri temporis insigniter eloquenti Gregorio.

CAPITVLA DE LIBRO GENESIS

- I. Praemissio operis ab exordio mundi usque ad expulsionem hominis de paradiso.
- II. De operibus sex dierum.
- III. De paradisi conditione, uel hominis.
- IV. De praeceptis dei et persuasione serpentis.
- V. De peccato primorum hominum, siue supplicio.
- VI. De Cain et Abel eorumque progenie.

20

25

208C

209A

30

35

40

45

20 Sane non - 22 significant] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.501,91-93 23 Sicut enim - 31 rerum gestarum] Aug., *C. Faust.* 22.94-95, CSEL 25/1.701,9-20 34 Posidius, *Vita Augustini*, PL 32.64: Viuere post obitum uatem uis nosse, uiator. Quod legis ecce loquor, uox tua nempe mea est. 35 Origene] cf. J. Fontaine, *Isidore de Séville*, p. 600-602, p. 756 35 Victorino] =Victorinus Poetouionensis †304, cf. M. Dulaey, *Victorin de Poetovio: premier exégète latin* (Paris, 1993). CPL 79-80. Stegmüller 8287-8288. Vide cap. xxv.

22 connectuntur] conectentur A conectuntur F 25 facta] fabricata Aug. 25 ut esset] om. F 26 connecterentur] uincirentur Aug. 28 quae obtieguntur FRG 28 dicuntur A] obtieguntur F 28 significatione A] significationem F 33 ueterum F] uetera A 36 Hieronimo, Cassiano, Augustino, Fulgentio RG] Cassiano, Augustino, Hieronimo, Fulgentio F Hieronimo, Augustino, Fulgentio A *Intextimus* 38 Capitula de libro Genesis] Explicit prologus feliciter A Explicit praefatio Incipiunt capitula libri Genesis F om. RG 40 de] a A 45 eorumque] et eorum F

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
 Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

vii. De arca et diluicio mundi.	
viii. De Noe et benedictionibus eius, in maximo minimoque conlatis filiis.	
ix. De Nembroth gigante et confusione linguarum.	
x. De egressu Abrahae a Chaldaeis.	50
xi. De uictoria Abrahae et de Melchisedech.	
xii. De sacrificio Abrahae et promissione dei.	
xiii. De Agar et <i>circumcisione Abrahae</i> .	
xiv. De tribus uiris qui uenerunt ad ilicem Mambre.	
xv. De Sodomis et <i>Loth et filiabus eius</i> .	55
xvi. <i>De Abimelech qui Sarra ducere uoluit uxorem</i> .	
xvii. <i>De natuitate Isaac</i> et expulsione Agar cum filio.	
xviii. <i>De eo quod obtulit Abraham filium suum</i> .	
xix. De Isaac et Rebecca.	
xx. De Cethura, siue de morte Abrahae.	60
xxi. De eo quod Isaac cum Rebecca lusit.	
xxii. <i>De puteis quos fudit Isaac</i> .	
xxiii. De Esau et Iacob.	
xxiv. De scala quam in uisione uidit Iacob, et reliqua.	
xxv. De Lia et Rachel et duabus famulis.	65
xxvi. De fuga Iacob et Rachel quae furata est deos patris sui.	
xxvii. De lucta Iacob cum angelo.	
xxviii. De Dina et partu Rachel et incestu Ruben.	
xxix. De Iuda quando dormiuit cum nuru sua.	
xxx. De historia Ioseph.	70
xxxi. De benedictionibus patriarcharum.	209B

53 circumcisione Abrahae] Orig., *Hom. in Gen.* 3, GCS 29.39,6: De circumcisione Abrahae 55 Loth et filiabus eius] Orig., *Hom. in Gen.* 5, GCS 29.58,2: De Lot et filiabus eius 56 De Abimelech qui Sarra ducere uoluit uxorem] Orig., *Hom. in Gen.* 6, GCS 29.65,16-17: De Abimelech rege Philisinorum, quomodo accipere uoluit Saram in matrimonio 57 De natuitate Isaac] Orig., *Hom. in Gen.* 7, GCS 29.70,11: De natuitate Isaac 58 De eo quod obtulit Abraham filium suum] Orig., *Hom. in Gen.* 8, GCS 29.77,10: De eo quod obtulit Abraham filium suum Isaac 62 De puteis quos fudit Isaac] Orig., *Hom. in Gen.* 13, GCS 29.113,6: De puteis quos fudit Isaac et repleti sunt a Philistinis

46 De arca et diluicio mundi A] De Noe et arca siue diluicio mundi F 48 conlatis] collatis filiis RG 51 et] et de RG 52 promissione A] promissis F 55 et] et de RG 55 eius] eius, uel uxore illius F 56 ducere uoluit] uoluit ducere RG 61 lusit] ludit RG 65 famulis FRG] ancillis A 67 lucta] luctu RG 69 dormiuit] dormit RG

EXPLICIVNT CAPITVLA LIBRI GENESIS

Creatura caeli et terrae quomodo historialiter ab exordio principii condita sit legimus, sed qualiter in ecclesia spiritualiter a doctoribus accipiatur, intellegamus.

INCIPIT TEXTVS

I

Gen. 1.1-28

In principio fecit deus caelum et terram. Principium *Christus* est, sicut ipse in euangelio *Iudaeis interrogantibus respondit, Ego principium, qui et loquor uobis.* In hoc igitur principio *fecit deus caelum,* id est, *spiritales*, qui *caelestia meditantur* et quaerunt. In ipso fecit *et carnales*, qui terrenum hominem neendum deposuerunt.

Terra autem erat inanis et uacua. Terra scilicet carnis nostrae *inanis* erat et *uacua*, priusquam doctrinae acciperet formam.

Et tenebrae erant super faciem abyssi, quia delictorum caecitas et ignorantiae profunda obscuritas corda nostra tegebat.

Et spiritus dei ferebatur super aquas. Spiritus autem dei *super nostrum tenebrosum et fluidum*, quasi super aquas, iam ferebatur, in quo subsistentes requiesceremus, cuiusque uiuificarem flatu, et cuius unda ablueremur.

Dixit quoque deus, Fiat lux; id est, illuminatio credulitatis apparet. *Prima enim die lucem fidei dedit*, quia prima est in conuersione fides. Vnde et ipsum primum in praecepsis mandatum est, *Dominus deus tuus deus unus est.* *Propter quam fidem* ipse *dominus etiam uisibiliter* in mundo *apparere* uoluit. Iam tunc deus iuxta

75

80

85

209C

90

210A

95

78 Gen. 1.1 79 Io. 8.25 83 Gen. 1.2 85 Gen. 1.2 87 Gen. 1.2 91 Gen. 1.3

78 Christus - 80 uobis] Aug., *DGcM* 1.2.3, CSEL 91.69,10-12 81 *spiritales*] cf. Aug., *Conf. 13.12.13*, CCSL 27.248,5-6: apud nos in Christo suo fecit deus caelum et terram, *spiritales* et *carnales* ecclesiae sua. Et terra nostra antequam acciperet formam doctrinae inuisibilis erat et incomposita 81 *caelestia meditantur*] Aug., *En. in Ps. 61.6*, CCSL 39.777,43 87 *spiritus* - 88 *fluidum*] Aug., *Conf. 13.14.15*, CCSL 27.250,14-15 89 *in quo* - *requiesceremus*] Isid., *Sent. 1.8.11*, CCSL 111.22,56 92 *Prima* - 95 *uisibiliter*] Aug., *DGcM* 1.25.43, CSEL 91.112,3-4

72 EXPLICIVNT CAPITVLA LIBRI GENESIS F] Finiunt capitula Item praefatio A 74 sit] sint F 76 INCIPIT TEXTVS AS] Incipit textus libri Genesis F om. TGR 79 ipse ARG] ipse ait FT 79 *Iudaeis interrogantibus respondit A] om.* FT 80 *caelum*] *caelum et terram A 81 ipso]* ipso etiam A 83 *scilicet*] enim A 87 *dei* T] *spiritus iam A sanctus F 88 ferebatur AF* superferebatur T 90 *ablueremur]* obliuimur T 92 *conuersione FT]* confessione A 93 *ipsum*] istud T

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
 Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

praescientiae suaे gratiam diuisit iustos, id est, **filios dei et lucis**, a peccatoribus, tamquam a tenebris, istos **uocans diem**, et illos **noctem**. Nam quia in ecclesia lucis nomine iusti appellantur, audi Apostolum, *Fuistis*, inquit, *aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.*

Deinde secunda die dispositus deus firmamentum, id est, solidamentum sanctorum scripturarum. **Firmamentum** enim in ecclesia scripturae diuinæ intelleguntur, quia *Caelum plicabitur sicut liber.* Discreuitque super hoc firmamentum aquas, id est, caelestes populos angelorum, qui non opus habent hoc suspicere firmamentum, ut legentes audiant uerbum dei. Vident enim eum semper, et diligunt, sed superposuit ipsum firmamentum legis suaे **super infirmitatem inferiorum populorum**, ut ibi suspiciētes cognoscant qualiter **discernant inter carnalia et spiritalia**, quasi **inter aquas superiores et inferiores.**

Post haec die tertia collegit in unum aquas inferiores salsas, hoc est, homines infideles, qui **cupiditatum** tempestate et temptatio-num carnalium **fluctibus** quatuntur, et in se ipsis, quasi **amaritudo**, includuntur. Segregauitque ab eis aridam, populum scilicet fontem fidei sitientem, **fixitque** dehinc superborum **limites**, et **coercuit** eos, ne turbulentis iniquitatum suarum fluctibus aridam, id est, **animam sitientem** deum, conturbent, liceatque ei germinare bonorum operum fructus **secundum genus**, **diligens proximum** in subsidiis necessitatum carnalium, habens in se semen secundum similitudinem, ut ex sua **infirmitate compatiatur** ad subueniendum

99 Eph. 5.8 101 cf. Gen. 1.6-8 103 Is. 34.4 111 Gen. 1.9-13 119 cf. Gen. 1.12

96 filios - 98 noctem] cf. Aug., *Conf. 13.14.15*, CCSL 27.250,17-18 101 solidamentum sanctorum scripturarum] Aug., Ser. 229 U, *Revue Bénédictine* 79 (1969), p. 210,3 102 firmamentum - 103 liber] cf. Aug., *Conf. 13.15.16*, CCSL 27.250,1-3 104 caelestes - 108 cognoscant] Aug., *Conf. 13.15.18*, CCSL 27.251,27-31; 251,35-252,36 109 discernant - 110 inferiores] Aug., *DGcM 1.25.43*, CSEL 91.112,6-7 112 cupiditatum - 116 aridam] cf. Aug., *Conf. 13.17.20*, CCSL 27.253,6-9 117 animam - 121 indigentibus] cf. Aug., *Conf. 13.17.21*, CCSL 27.253,12-15

97 istos] iustos *T* 97 et] *om. F* 98 lucis] in lucis *T* 98 audi Apostolum *FT*] demonstrat apostolus dicens *A* 102 in ecclesia] intra ecclesiam *F* 104 firmamentum] firmamento *A* 107 superposuit] supposuit *F* 108 suspiciētes] suspiciētes *F* 109 inter] super *A* 111 tertia *A*] tertio *FT* 115 fixitque] fixitque *A* 118 operum] *om. T* 118 genus *AT*] genus suum (*super lineam*) *F*

100

210B

105

110

210C

115

211A

120

indigentibus. Producens et lignum forti robore, et fructiferum, id est, beneficium ad eripiendum eum, qui iniuriam patitur de manu potentis, et praebendum protectionis umbraculum ualido robore iusti iudicii.

Deinde quarta die emicuerunt luminaria firmamento legis infixae, id est, euanglistae et doctores, scripturae sanctae disputando cohaerentes, et omnibus inferioribus lumen sapientiae ministrantes. Protulit etiam simul et caetera micantium sidera turbam, id est, diuersarum uirtutum in ecclesia numerositas, quae in huius uitiae obscuritate, tamquam in nocte refulgentes, diuidant in hoc firmamento scripturae sensibilia et intellegibilia, quasi *inter lucem perfectorum et tenebras paruolorum*, et sunt in signis uirtutum et miraculorum. Sunt etiam in tempora et annos, quia *praedicatores propriis temporibus uiuunt et transeunt, uerbum autem domini manet in aeternum*. Quare autem primo terra germinauerit, deinde *facta sunt luminaria*, nisi quia post opera bona uenit illuminatio lucis ad contemplandam speciem supernae uirtutis?

Inter haec die quinta facta sunt in aquis *reptilia animarum uiuarum*, homines scilicet renouati in uitam per *baptismi sacramentum*. *Facta sunt et uolatilia*, id est, sanctae animae ad superna uolantes.

Post haec sexta die producit terra animam uiuam, quando caro nostra, abstinenſ ab operibus mortis, uiua uirtutum germina parturit, secundum genus scilicet suum, id est, uitam *imitando sancto-*

125

130

211B

135

140

211C

125 Gen. 1.14-19 134 1 Pet. 1.25 138 Gen. 1.20-23 140 cf. Gen. 1.21 142 Gen. 1.24-30

121 lignum - 124 iudicii] Aug., *Conf. 13.17.21*, CCSL 27.253,21-24 131 firmamento - intellegibilia] cf. Aug., *Conf. 13.18.22*, CCSL 27.253,9-11 131 *inter lucem* - 132 paruolorum] cf. Aug., *Conf. 13.19.25*, CCSL 27.256,26-27 133 *praedicatores* - 135 *in aeternum*] cf. Aug., *Conf. 13.15.18*, CCSL 27.252,39-44 138 *reptilia animarum uiuarum*] Aug., *Conf. 13.20.26*, CCSL 27.256,2 139 *baptismi sacramentum*] cf. Aug., *Conf. 13.20.26*, CCSL 27.256,7 144 *imitando* - 146 *genus*] cf. Aug., *Conf. 13.21.31*, CCSL 27.259,50-51

121 forti *AF*] forte *T* 123 *praebendum*] *praebendo FT* *praebenda A* 123 *umbraculum*] *speciem umbraculum T* 123 *ualido robore iusti iudicii*] *om. A* 126 et doctores] doctores et *T* 127 *ministrantes*] *demonstrantes T* 128 *Protulit*] *Prodit A* 128 *sidera FT*] *siderum A* 132 *sunt FT*] *sint A* 133 *sunt FT*] *sint A* 133 *annos*] *in annos F* 136 *sunt*] *sint A* 142 *producit FT*] *produxit A* 143 *mortis AF*] *mortuis T* 143 *uiua*] *om. A* 144 *scilicet suum FT*] *suum scilicet A*

rum, sicut ait Apostolus, *Imitatores mei estote. Secundum* nostrum quippe *genus* uiuimus, quando in opere bono sanctos uiros, quasi *proximos*, *imitamur*. Deinde produxit terra bestias, homines in potentia rerum, siue *ferocitate superbiae*. Similiter et pecora, fideles in simplicitate uitae uiuentes, *serpentes* quoque *innoxios*, sanctos scilicet uiros, *astutiae* uiuacitate bonum a malo discernentes, et, in quantum fas est, reptando scrutantes terrena, per quae intelligent sempererna, non illos uenenosos qui se in huius mundi terrenis cupiditatibus collocant.

Post haec *fecit deus hominem ad imaginem suam*, perfectum scilicet uirum, qui non quemlibet sanctorum uiorum imitando, sed ipsam ueritatem contemplabiliter intuendo, operatur iustitiam, ut ipsam intellegat, et sequatur, ad cuius imaginem factus est, ueritatem. Iste etiam accepit *potestatem piscium maris, et uolatilium caeli, pecorumque, ferarum quoque, atque repellentium*, quia *spiritalis* quisque *effectus*, et deo similis factus, secundum Apostolum, *Iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur.*

Quod uero sequitur, *Masculum et feminam fecit eos*, spiritales in ecclesia, et obedientes ostendit, quia sicut uiro subdita est mulier, sic spirituali et perfecto uiro oboediens est is qui minus perfectus est, sicut Apostolus ait, *Rogamus uos, fratres, ut cognoscatis eos qui in uobis laborant, et praesunt uobis in domino.*

Dicitur enim eis, *Crescite et multiplicamini*, siue in linguis, siue in spiritualibus intellegentiae gradibus, ut dominantur rationis intellectu omnium carnalium perturbationum, quasi insensibilium animantium.

145 1 Cor. 4.16 154 Gen. 1.27 158 Gen. 1.28 160 1 Cor. 2.15 162 Gen. 1.27 165 1 Thes. 5.12 167 Gen. 1.28

148 ferocitate superbiae] cf. Aug., *Conf. 13.21.30*, CCSL 27.259,38 149 serpentes quoque innoxios] cf. Aug., *Conf. 13.21.30*, CCSL 27.259,40 150 astutiae] Aug., *Conf. 13.21.30*, CCSL 27.259,57 158 potestatem - 159 repellentium] cf. Aug., *Conf. 13.23.3*, CCSL 27.261,2-3 159 spiritualis - 161 iudicatur] cf. Aug., *Conf. 13.22.32*, CCSL 27.261,26-27 168 intellegentiae gradibus] Isid., *Sent. 1.4.3*, CCSL III.13,17

145 sicut] quemadmodum A 145 ait Apostolus AF] Apostolus ait T 145 Secundum AT] Secundum enim F 146 quippe AT] om. F 147 imitamur FT] imitamus A 154 haec] haec inde F 154 imaginem] imaginem et similitudinem F 161 a nemine iudicatur] iudicatur a nemine T 162 spiritales in ecclesia] in ecclesia spiritales T 164 sic] sic et T 168 gradibus] sacramentis A

145

150

212A

155

160

165 212B

170

Omnem autem herbam seminalem et omne lignum fructuosum quod hominibus datum est in escam, fideles sunt de oblationibus suis sanctorum communicantes. Vnde Apostolus ait, *Nam si spiritualibus particeps facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare eis.* Haec sunt fructifera ligna. In istis ergo gradibus, tamquam in quibusdam diebus, uespera est ipsa perfectio singulorum operum, et mane inchoatio sequentium.

Post istorum itaque quasi sex dierum opera bona ualde sperat homo quietem mentis, constitutus in spiritali paradiſo, quo significatur uita beata, ubi fons est sapientiae, diuisus in quattuor partes uirtutum, ubi edat ligni uitae gratiam, ubi utiles disciplinas morum, quasi fructus lignorum carpat. Est namque paradiſus uita beatorum, quattuor flumina quattuor uirtutes, ligna eius omnes utiles disciplinae, lignorum fructus mores piorum, lignum uitae ipsa bonorum omnium mater sapientiae, de qua scriptum est, Salomonē dicente, *Lignum uitae est his qui apprehendunt eam, et qui tenuerit eam, beatus.* Lignum scientiae boni et mali transgressio est mandati experimento.

Hactenus sex dierum opera, qualiter in ecclesia spiritualiter intellegantur, explicata sunt. Deinde, quid in figura saeculi significant, subiciendum est.

Gen. 2.4-6

II

Sex diebus consummauit deus omnia opera sua et septimo

173 Rom. 15.27 186 Prou. 3.18

175 in istis ergo - 179 quietem] Aug., *DGcM* 1.25.43, CSEL 91.113,34-37 180 uita beata] Aug., *DGcM* 2.9.12, CSEL 91.132,6 180 diuisus in quattuor partes uirtutum] Aug., *DGcM* 2.10.13, CSEL 91.134,4-5 182 paradiſus uita - 185 sapientiae] Aug., *De ciu. dei* 13.21, CCSL 48.404,14-18 185 de qua scriptum est - 183 beatus] cf. Aug., *De ciu. dei* 13.20, CCSL 48.404,41-42 187 lignum scientiae - 188 experimen[t]o] cf. Aug., *De ciu. dei* 13.2, CCSL 48.404,19-20 189 in ecclesia spiritualiter] cf. Aug., *De ciu. dei* 13.21, CCSL 48.404,22 193 Sex diebus - 201 requie sanctorum] Aug., *C. Faust.* 12.8, CSEL 25/1.336,7-15, cf. Isidorus, *Ety.* 5.38.5, PL 82.223BC: Aetas autem proprie duobus modis dicitur ...

172 hominibus datum est] datum est hominibus *T* 173 communicantes] utilitatis bus communicantes *F* necessitatibus communicantes *G* 173 spiritualibus] in spiritualibus *T* 179 spirituali paradiſo] paradiſo spirituali *T* 180 beata] beatorum *F* 185 sapientiae] sapientiae est *T* 187 Lignum] Lignum autem *A* 188 experimen[t]o *FT*] et experimentum ueritatis pariter et erroris *A* 189 dierum opera, qualiter] dies operum dei, quomodo *A* 190 explicata sunt. Deinde, quid in figura saeculi significant, subiciendum est. *FT*] exposuimus. In generali autem significacione mundi qualiter hic ordo dierum accipitur subiciemus. *A*

175
212C

180

185

213A

190

requieuit. Sex aetatibus humanum genus in hoc saeculo per successiones temporum dei opera insigniunt. Quarum prima est ab Adam usque ad Noe, secunda a Noe usque ad Abraham, tertia ab Abraham usque ad Dauid, quarta a Dauid usque ad transmigrationem in Babylonia, quinta deinde usque ad humilem aduentum domini nostri Iesu Christi, sexta, quae nunc agitur, usquequo mundus finiatur, donec excelsus ueniat ad iudicium. Septima uero intellegitur in requie sanctorum, quae scilicet uesperam non habet, quia eam iam nullus terminus claudet. Pergamus ergo breuiter per has omnes mundi aetas, replicantes ordinem temporum eorum, et mystice differentias distinguamus.

Primo enim saeculo factus est, tamquam lux, homo in paradiſo. In qua aetate filios dei in lucis nomine diuidit deus a filiis hominum, quasi a tenebris, fitque huius diei uespera diluuium.

Secundum saeculum factum est, quasi firmamentum inter aquam et aquam, arca utique illa quae natauit inter pluuiam et maria. Huius uespera fuit confusio linguarum.

Tertium saeculum factum est quando separauit populum suum a gentibus per Abraham, discernens eum, quasi aridam ab aquis, ut proferret germen herbarum atque lignorum, id est, sanctos et fructus sanctarum scripturarum. Huius uespera fuit peccatum, et malitia pessimi regis Saul.

Inde quartum saeculum coepit a Dauid, quando constituit deus luminaria in firmamento caeli, id est, splendorem regni, tamquam solis excellentiam, et in lunae specie plebem obtemperantem tamquam synagogam, et stellas principes eius. Cuius aetatis fit uespera in peccatis regum, quibus gens illa meruit captiuari in Babylonia.

Porro quinto saeculo, id est, in transmigratione Babyloniae, facta sunt quasi animalia in aquis, et uolatilia caeli, quia tunc

195

200 213B

205

210 213C

215

214A

220

201 nullus terminus claudet] Greg., *Mor.* 6.26, CCSL 143.316,5-7 207 fitque - diluuium] Aug., *DGcM* 1.23.35, CSEL 91.190 208 firmamentum - 210 linguarum] Aug., *DGcM* 1.23.36, CSEL 91.105,4-10 211 separauit - 215 Saul] Aug., *DGcM* 1.23.37, CSEL 91.105,3-22 217 in firmamento - 220 captiuari] Aug., *DGcM* 1.23.38, CSEL 91.106,4-10 221 in transmigratione - 227 agnoscere] Aug., *DGcM* 1.23.39, CSEL 91.107,1-22

194 humanum genus] om. T 195 dei opera] opera dei A 195 prima] prima aetas A 196 a] ad T 197 a] ad T 198 in Babylonia A] Babyloniae FT in Babyloniam Aug. 198 usque] om. T 203 omnes mundi] mundi omnes T 204 differentias F] earum differentias A eius differentias T 205 factus FT] factum A 207 diei] die T 210 fuit] fit G 215 pessimi] pessima T

Iudaei inter gentes, tamquam in mari, uiuere coeperunt, nec habebant stabilem locum, tamquam uolantes aues. Huius diei quasi uespera est multiplicatio peccatorum in populo Iudeorum, quando sic excaecati sunt, ut etiam dominum nostrum Iesum non possent agnoscere.

Iam sextum saeculum fit in aduentu domini nostri Iesu Christi. Nam sicut in illa sexta die primus homo Adam de limo terrae **ad imaginem dei** formatus est, **sic in ista sexta** saeculi **aetate** secundus Adam, id est, Christus, in carne de Maria uirgine natus est, ille in anima uiuente, hic in spiritu uiuificantre. Et sicut in illo die fit **anima uiua**, sic in isto saeculo **uitam desiderantes aeternam**. Et sicut in illa sexta die **serpentium** et ferarum genera **terra produxit**, ita et in hac sexta aetate saeculi gentes uitam appetentes aeternam ecclesia generauit. Quem etiam sensum uas Petro ostensum manifestauit.

Et quemadmodum in illa die creatur masculus et femina, sic in ista aetate manifestatur Christus et ecclesia. Et sicut praeponitur homo in die illa pecoribus, serpentibus et caeli uolatilibus, ita et Christus in hac aetate gentibus, populis et nationibus, ut ab eo regantur, uel carnali concupiscentia dediti, sicuti pecora, uel terrena curiositate obscurati, quasi serpentes, uel elati superbia, quasi aues. Et sicut in illo die pascitur homo, et animalia quae cum illo sunt, herbis seminalibus, et lignis fructiferis, et herbis uiridibus, sic ista aetate spiritualis homo, qui bonus minister est Iesu Christi, cum ipso populo spiritualiter pascitur sanctorum scripturarum alimentis, et lege diuina ad concipiendam fecunditatem rationum atque

231 cf. 1 Cor. 15.45 236 cf. Act. 10.11

229 ad imaginem - 230 aetate] Aug., *DGcM* 1.23.40, CSEL 91.109,19-20 233 anima uiua - 234 produxit] Aug., *DGcM* 1.23.40, CSEL 91.108,13-15 238 Et quemadmodum - 256 habent] Aug., *DGcM* 1.23.40, CSEL 91.109,22-44

223 mari] mare *T* 223 nec] qui uere nec *GR* 226 Iesum *TGR Aug.] om.*
AF 230 sexta] *om. A* 231 natus] genitus *A* 232 anima uiuente *A]* animam uiuentem *FTGR* 232 spiritu uiuificantre] spiritum uiuificantem *F* 232 in] *om. A* 233 sic] sic et *T* 234 serpentum] serpentum *T* 235 hac *ATG]* ista *F* hoc *R* 239 aetate] saeculi aetate *TG* aetate saeculi *R* 240 uolatilibus] uolatibus *T* 240 ita et *AT]* ita *FGR* 241 aetate] aetate saeculi *T* 242 dediti] dedisse *T* 242 sicuti *ATG]* sicut *FR* 244 illo] illa *T* 246 ista] in ista *T* 247 alimentis] elementis *F* 248 concipiendam *AF Aug.] concupiscendam TGR*

225

230

^{214B}

235

240

^{214C}

245

sermonum, tamquam herbis seminalibus, partim ad utilitatem morum conuersionis humanae, tamquam lignis fructiferis, partim ad uigorem fidei, spei et caritatis in uitam aeternam, tamquam herbis uiridibus, quae nullo aestu tribulationum arescunt, sed spiritualibus cibis sic istis alimentis pascitur, ut multa intellegat. Carnalis autem, id est, paruulus in Christo, tamquam pecus dei, ut multa credat, quae intellegere necdum potest, tamen eosdem cibos omnes habent.

Huius autem aetatis quasi uespera utinam nos non inueniat! Illa est enim de qua dominus dicit, *Putas ueniens filius hominis inueniet fidem super terram?* Post istam uesperam fiet mane, cum ipse dominus in claritate uenturus est. Tunc requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis hi quibus dictum est, *Estote perfecti, sicut pater uester qui in caelis est.* Tales enim faciunt opera bona ualde. Post enim talia opera speranda est requies in die septimo, qui uesperam non habet.

Gen. 2.7-24

Sequitur hinc recapitulatio uniuersae conditae creaturae dum dicitur, *Istae generationes caeli et terrae, quando creatae sunt, in die quo fecit deus caelum et terram, et omne uirgultum agri, omnemque herbam regionis, antequam esset super terram.* Superius septem dies numerati sunt, *nunc unus dicitur dies, quo fecit deus caelum et terram, et omne uirgultum agri, et omnem herbam regionis.* Huius diei nomine secundum prophetam *omne tempus* huius uitiae significatur, in quo caelum et terra factum est, id est, in quo creaturae uisibles disponuntur, administrantur atque existunt.

Sed *quid sibi uult, quod nunc, nominato caelo et terra, adiecit uirgultum agri et herbam regionis, et tacuit caetera quae sunt in*

258 Lc. 18.8 261 Mt. 5.48 267 Gen. 2.4-5 270 Gen. 2.4-5 276 Gen. 2.5

257 Huius - 264 non habet] Aug., *DGcM* 1.23.41, CSEL 91.110,1-9 269 Superius -
273 uisibles] Aug., *DGcM* 2.3.4, CSEL 91.121,3-7 275 quid sibi - 278 anima] Aug., *DGcM* 2.3.4, CSEL 91.122,22-26

249 utilitatem] humilitatem *F* 252 arescunt] marcescunt *F* possint arescere Aug. 258 ueniens] *om. F* 263 enim talia *F* Aug.] talia enim *ATG* alia enim *R* 266 dum dicitur *A*] *om. FTGR* 270 numerati] nominati *GR* 270 dicitur dies] dies dicitur *TGR* 272 prophetam] prophetiam *GR* 273 factum] facta *GR*

250
215A

255

260

215B

265

270

275 215C

caelo et in terra, uel etiam in mari, nisi quia per uirgultum agri inuisibilem creaturam demonstrat intellegi, sicut est anima? Dicit autem *uirgultum*, propter uigorem uitae, *herbam*, propter eandem uitam numquam marcescentem.

Deinde quod addidit, *antequam esset super terram*, intellegitur antequam anima peccaret. Terrenis enim cupiditatibus sordidata, tamquam *super terram* nata, uel *super terram esse*, recte dicitur.

Vnde et adiecit, *Nondum enim pluerat deus super terram*, quasi aperte diceret, *Antequam peccaret anima*, nondum *nubibus* scripturarum *pluuiam doctrinae* dominus ad animam inrigandam cesserat. Nondum propter hominem, qui est terra, *dominus noster nubilum carnis nostrae assumpserat*, per quod *imbrem sancti euangelii largissimum infudit*.

Quod uero subiunxit, *Et homo non erat qui operaretur terram*, quia nullus homo operatus est in uirgine, unde natus est Christus. Ipse est enim *lapis de monte abscissus sine manibus*, id est, absque coitu et humano semine de uirginali utero, quasi de monte humanae naturae et substantiae carnis abscissus.

Sed fons ascendebat e terra, irrigans uniuersam superficiem terrae. Terra *mater domini uirgo Maria rectissime accipitur*, de qua scriptum est, *Aperiatur terra, et germinet saluatorem.* Quam terram *irrigauit spiritus sanctus*, qui fontis et aquae nomine in euangilio significatur.

Formauit igitur deus hominem de limo terrae, id est, *factus est*

280

285 215D

216A

290

295

216B

300

279 Gen. 2,5 281 Gen. 2,5 283 Gen. 2,5 284 Gen. 2,5 290 Gen. 2,5 292
Dan. 2,34 295 Gen. 2,6 297 Is. 45,8 300 Gen. 2,7

281 Deinde - 283 dicitur] Aug., *DGcM* 2,3,4, CSEL 91,123,1-4 285 Antequam - 286 doctrinae] Aug., *DGcM* 2,5,6, CSEL 91,124,11-13 287 dominus - 289 infudit] Aug., *DGcM* 2,5,6, CSEL 91,124,15-16 291 quia - Christus] Aug., *DGcM* 2,24,37, CSEL 91,162,36-37 292 lapis - 293 utero] Hier., *In Danielem* 1,2, CCSL 75A,795,408-410 296 mater - 299 significatur] Aug., *DGcM* 2,24,37, CSEL 91,162,38-40 300 factus est - 302 limo terrae] Aug., *DGcM* 2,24,37, CSEL 91,161,33-35

277 in] om. T 278 Dicit autem AF] Dicta autem TGR 279 herbam] herba GR 280 marcescentem] arescentem A 281 addidit] addit GR 282 sordidata] sordida T 283 dicitur] dicit T 284 et] est que F 284 deus] dominus GR 288 quod FGR] quo AT 291 uirgine FGR Aug.] uirginem AT 295 uniuersam superficiem] superficiem uniuersae T 298 nomine in euangilio] in euangilio nomine T

Christus, iuxta quod ait *Apostolus, ex semine Dauid secundum carnem, tamquam de limo terrae.*

Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitae. Vtique infusionem sancti spiritus, qui operatus est hominem Christum.

Et factus est homo in animam uiuentem, scilicet, ut qui perfectus erat deus, perfectus crederetur et homo. 305

Plantauerat autem dominus deus paradisum uoluptatis a principio. Paradisus ecclesia est, sic enim de illa legitur *in Canticis cantorum, Hortus conclusus soror mea.*

A principio autem paradisus plantatur, quia ecclesia catholica a Christo, qui est principium omnium, condita esse cognoscitur. 310

Fluuius exiens de paradiſo imaginem portat Christi, de paterno fonte fluentis, qui irrigat ecclesiam suam uerbo praedicationis et dono baptismi. De quo bene per prophetam dicitur, *Dominus deus noster fluuius gloriosus exiliens in terram sitientem.*

Quattuor autem paradisi flumina quattuor sunt euangelia ad praedicationem in cunctis gentibus missa. *Ligna fructifera, omnes sancti sunt.* *Fructus eorum, opera eorum.* *Lignum uitae, sanctus sanctorum, utique Christus* ad quem *quisque si porrexerit manum, uiuet in aeternum.* *Lignum autem scientiae boni et mali,* proprium est *uoluntatis arbitrium* quod in medio nostri est positum ad dinoscendum bonum uel malum. De quo qui relicta gratia dei gustauerit morte morietur.

Tulit igitur dominus deus hominem, et posuit eum in paradisum. Assumpsit deus carnem, et factus est caput ecclesiae. 315

216C
312-315
Victorinus

320
216D
325 324-351
Victorinus

301 Rom. 1.3 303 Gen. 2.7 305 Gen. 2.7 307 Gen. 2.8 309 Cant. 4.12 310 Gen. 2.8 312 Gen. 2.10 314 Is. 44.2 316 Gen. 2.10 318 Gen. 2.9 319 Gen. 3.22 320 Gen. 2.9 324 Gen. 2.15

308 ecclesia - 309 hortus conclusus] Aug., *DGcM* 2.14.20, CSEL 91.142,25-26 316 Quattuor - 321 arbitrium] Aug., *De ciu. dei* 13.21, CCSL 48.404,25-29

304 sancti spiritus] spiritus sancti *T* 307 autem] *om. GR* 308 sic enim] sicut *A* 309 Hortus] Ortus *GR* 310 a] *om. F* 311 qui est principium] principio *T* 312 exiens de paradiſo *FR*] autem procedens de paradiſo *A* de paradiſo exiens *TG* 313 fonte fluentis] fonte fluentis a quo origo est omnium rerum *A* 313 qui irrigat ecclesiam suam] qui sitientem ecclesiam suam unicus inrigat *A* 321 nostri] *om. T* 322 uel] et *TG R* 322 gratia] quisque gratia *A* 324 dominus *AGR*] *om. FT* 324 paradisum] paradiſo *F* 325 et] *om. T*

Vt operaretur et custodiret illum, id est, in uoluntate patris ex omnibus gentibus ecclesiam adimpleret et impleretur sermo quem dominus dixit, Ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi custodiui.

Dixit quoque deus, Non est bonum esse hominem solum. Arguantur haeretici, qui Christum solum hominem putant, et non etiam deum. 330

Faciamus ei adiutorium similem, quia in ipso homine suscepto ecclesia deo copulata est.

Appellauit autem Adam nominibus suis cuncta animantia, et uolatilia caeli, et bestias terrae, significans gentes, quae saluae fierent in ecclesia, et per Christum nomen erant accepturae, quod prius non habuerant, sicut scriptum est, Et uocabo seruos meos nomine alio. 335

Adam uero non inueniebat adiutor similis eius. Vtique quoniam quamuis fidelis aut iustus sit quisque, Christo tamen aequari non potest. Quis enim, inquit Moyses, similis tibi in diis, domine? [Quis similis erit deo inter filios dei?] Nam et Dauid ait, Speciosus forma p[re]ae filii hominum. Nemo enim poterat a morte genus humanum liberare, et ipsam mortem superare, nisi Christus, sicut Apocalysi ait, Nemo inuentus est dignus, neque in caelo, neque in terra, neque infra terram, aperire librum. 340

Immisit ergo deus soporem in Adam. Cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, et aedificauit costam quam tulerat de Adam, in mulierem. Dormiuit Adam, et fit illi mulier de latere. Patitur Christus, dormiuit in cruce, pungitur latus lancea, et profluunt sacramenta ex quibus formatur ecclesia. Hanc dormitionem cantat dominus propheta, dicens, Ego dormiui, et quieui, et resurrexi, quoniam dominus suscitauit me. 345

326 Gen. 2,15 328 Io. 17,12 330 Gen. 2,18 333 Gen. 2,18 335 Gen. 2,20 338
Is. 65,15 339 Gen. 2,20 341 Ps. 85,8 342 Ps. 44,3 345 Apoc. 5,3 347 Gen.
2,21-22 352 Ps. 3,6

326 in uoluntate - 327 adimpleret] Aug., *DGcM* 2,24,37, CSEL 91,162,42-43 351
dormitionem - 353 suscitauit me] Aug., *DGcM* 2,24,37, CSEL 91,161,29-30

326 illum A] illud *FTGR* 326 in AF] om. *TGR* 327 impleretur] completeretur
A 333 similem] similem sibi F 337 Christum] Christi T 338 alio] meo
GR 340 aut] et A 340 Christo] Christum *GR* 341 Quis similis erit deo inter
filios dei? A] om. alii 342 Nam et Dauid ait] Et iterum A 343 humanum] ho-
minum A 350 dormiuit] dormit *FR* 352 dominus] idem dominus A 352
propheta] prophetam *FGR* 352 quoniam] quia F

217B

340

345

³⁴⁹⁻³⁵⁴
Victorinus
350 217C

Sequitur, *Et posuit carnem pro ea, sicut et Christus carnem suam moriendo posuit in patibulo crucis pro ecclesia.*

355

Dixitque Adam, Hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea, quia siue sancti spiritales et fortissimi in temptationibus, siue minus perfecti, utrique unum corpus Christi sunt, et una ecclesia.

Haec uocabitur uirago, quoniam de uiro sumpta est, sicut et a Christo ecclesiae nomen datum est christianum, quae de eius latere sumpta est. Haec igitur omnia facta sunt in figura, quae erant in ecclesia pro futura.

360 218A

Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae. Et erunt duo in carne una. Hoc interpretans Apostolus ait, *Ego autem dico in Christo et in ecclesia.* Ergo quod per historiam compleatum est in Adam, per prophetiam significatur in Christo, qui reliquit patrem, cum dicit, *Ego a patre exiui, et ueni in hunc mundum.*

365

Reliquit et matrem, id est, synagogam ueteri testamento carnaliter inhaerentem quae illi erat mater ex semine Dauid secundum carnem. Et adhaesit uxori suae, id est, ecclesiae, ut pace noui testamenti essent duo in carne una, quia cum sit deus apud patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps noster, ut illius capitnis corpus esse possimus.

370 218B

Post haec uocatur Eua uita et mater uiuorum, quae de uiro sui latere facta est. Et dicit dominus in euangelio, Si quis non manducauerit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit in se uitam.

375

354 Gen. 2.21 356 Gen. 2.23 359 Gen. 2.23 363 Gen. 2.24 365 Eph. 5.32 367 Io. 16.28 369 Gen. 2.24 371 Gen. 2.24 375 Gen. 3.20 376 Io. 6.54

359 de uiro] cf. Fulg. Rusp., *Ep. 3.9*, CCSL 91.215,156; 216,359 363 relinquet - 368 mundum] Aug., *DGcM* 2.24.37, CSEL 91.160,7-12 369 Reliquit - carnem] Aug., *DGcM* 2.24.37, CSEL 91.161,23-24 369 ueteri - 370 inhaerentem] Aug., *C. Faust.* 12.8, CSEL 25/1.337,9-10 370 quae - 371 carnem] Aug., *DGcM* 2.24.37, CSEL 91.161,24-25 371 uxori - 374 possimus] Aug., *C. Faust.* 12.8, CSEL 25/1.337,10-14 375 uocatur Eua - 378 uitam] Aug., *C. Faust.* 12.8, CSEL 25/1.336,23-26

354 sicut] sic *A* 354 carnem suam moriendo posuit] posuit carnem suam moriendo *T* 356 Dixitque] Dicit quoque *GR* 357 et] *om. A* 359 sicut] sic *T* 360 eius latere] latere eius *A* 363 suum] *om. GR* 365 Ego autem *A Aug.*] Hoc ego autem *F* Hoc autem *TGR* 366 prophetiam *F Aug.*] prophetam *AGR* profectum *T* 366 significatur] significat *F Aug.* 375 Post haec uocatur *F*] Vocatur deinde *A* Post haec uocabitur *T* Post uocatur *G* Postea uocatur *R* 375 uiiri sui latere] latere uiiri sui *A* 377 habebit *A*] habet *FTGR*

Gen. 2.17, 3.1-5

IV

Iam dehinc praeceptum, quod accepit figuraliter Adam, nos accepimus in illo, quia unusquisque christianus non incongrue gestat personam Christi, dicente ipso domino, *Quae fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis.* Dicitur ergo illi, *Ex omni ligno paradisi comedes. De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas.* Praecipitur enim nobis ut fruamur omni ligno paradisi, quo significantur spiritales deliciae, *Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, mansuetudo, continentia,* sicut dicit Apostolus.

Et non tangamus lignum in medio paradisi plantatum scientiae boni et mali, id est, ne uelimus superbire de natura arbitrii nostri, quae media est, ut, decepti post scientiam boni, experiamur et malum.

Serpens autem ille, *sapientior omnium bestiarum*, indicat diabolum, qui inde serpens dicitur quod uolubili uersetur astutia.

Sed quid est quod iste *per mulierem decepit*, et non per uirum? Quia non potest ratio nostra seduci ad peccandum, nisi praecedente delectatione carnalis infirmitatis affectu, qui magis *debet obtemperare rationi, tamquam uiro dominanti.* Hoc enim in unoquoque homine geritur in occulto quodam secretoque coniugio. Suggestionem quippe, serpentem accipimus. Mulierem uero animalem corporis sensum, rationem autem uirum. Ergo quando occurrit mala suggestio, quasi serpens loquitur. Sed si sola cogitatio oblectetur illius suggestionis et refrenante ratione, consensus explendi operis non succedat, sola mulier uidetur comedisse illici-

382 Mt. 25.40 383 Gen. 2.17 386 Gal. 5.22-23 389 cf. Gen. 3.3 393 Gen. 3.1

380 praeceptum - 383 mihi fecistis] Aug., *DGcM* 2.25.38, CSEL 91.162,1-4 385 fruamur - 391 decepti] Aug., *DGcM* 2.25.38, CSEL 91.162,4-10 393 Serpens autem - 394 diabolum] Aug., *DGcM* 2.14.20, CSEL 91.206 395 per mulierem - 398 uiro] Aug., *DGcM* 2.14.20, CSEL 91.207 398 in unoquoque - 399 coniugio] Aug., *De trin.* 12.12.17, CCSL 50.371,6-7

380 Adam AF] Christus TGR 381 illo FTGR Aug.] Christo A 381 gestat] casta et GR 384 Praecipitur] Praecipit A 390 ne] non A 391 et] ad GR 393 indicat] indicat historialiter A 395 iste] ipse TG 396 seduci] seduci a diabolo A 398 Hoc] Hoc et A 400 quippe] quippe diaboli A 401 Ergo] Quapropter A

380

385 218C

390

395 219A

400

tum. Quod si ipsum **peccatum** etiam et **mens** **perpetrandum** decernat, iam uir deceptus est, iam **mulier** **cibum** dedisse uiro uideatur. **Illecebrae** enim **consentire de ligno prohibito manducare est**. Tunc quippe iure a uita beata, tamquam a paradiso, expellitur homo, **peccatumque ei imputatur, etiamsi non subsequatur effectus**, quia etsi non est in factis culpa, **in consensione tamen rea teneatur conscientia**. Haec secundum anagogen. Caeterum iuxta metaphoram. Poterit callidus serpens iste haereticorum uersitiam designare. **Nulli enim loquacius atque subtilius promittunt illicita curiositate secretorum adapertione** atque **scientiam boni et mali**, et in ipso homine, tamquam in arbore quae plantata est in medio paradisi, eam dinoscentiam demonstrare.

Contra hunc serpentem clamat **Apostolus**, cum dicit, *Metuo ne, sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic sensus uestri corrumpantur*. Seducitur autem uerbis huius serpentis carnalis nostra concupiscentia, et per illam decipitur **Adam**, non **Christus**, sed **christianus**.

Dicit ergo iste ad mulierem, Cur praecepit uobis deus ut non comedetis ex omni ligno paradisi? Sic et **haereticorum curiosa cupiditas**, sic praui praedicatores, ad diligentam erroris fallaciam, auditorum carnalium corda succendent, dicentes, *Quare fugitis scientiam habere latentem?* Noua semper exquirite, boni malique scientiam penetrate. Vnde apud Salomonem mulier illa, haereticorum speciem tenens, dicit, *Aquaे furtuae dulciores sunt, et panis absconditus suauis*.

417 2 Cor. 11.3 421 Gen. 3.1 427 Prou. 9.17

405 peccatum - manducare est] Aug., *De trin.* 12.12.17, CCSL 50.372,23-24 408 iure - expellitur homo] cf. Aug., *De sermone domini* 1.12.34, CCSL 35.371,802-803 409 peccatumque - 410 conscientia] Aug., *DGcM* 2.14.21, CSEL 91.143,13-15 413 Nulli - promittunt] Aug., *DGcM* 2.25.38, CSEL 91.163,18-19 414 secretorum adapertione] Aug., *DGcM* 2.27.41, CSEL 91.167,8 414 scientiam - 416 demonstrare] Aug., *DGcM* 2.25.38, CSEL 91.163,19-21 417 Apostolus - 420 christianus] Aug., *DGcM* 2.26.39, CSEL 91.164,9-13 422 haereticorum curiosa cupiditas] Aug., *DGcM* 2.27.41, CSEL 91.167,9 426 apud - suauis] cf. Aug., *DGcM* 2.27.41, CSEL 91.167,10-12

405 et] *om. A* 407 consentire] consensisse *F* 409 subsequatur] sequatur *T* 409 effectus] effectum *A* 412 Poterit] Potest et *A* 413 Nulli *F* *Aug.*] Nullius *A* Nonnulli *TGR* 416 eam *TGR* *Aug.*] *om. A* suam *F* 417 cum dicit] dicens *F* 421 Cur] Quur *A* 421 deus] dominus *F* 422 cupiditas] calliditas *A* 423 praui praedicatores] praedicatores praui *T* 427 speciem] speculum *GR*

405

219B

410

415

219C

420

425

Subiecit deinde idem serpens, *Quacumque die comederitis, statim aperientur oculi uestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum.* Sic et omnes generaliter haeretici diuinitatis meritum profitentur atque scientiae pollicitatione decipiunt et reprehendunt eos quos simpliciter credentes inuenerint. Et quia omnino carnalia persuadent, quasi ad carnalium oculorum adapertio[n]em conantur adducere, ut interior oculus excaecetur.

Gen. 3.6-9, 14-16,
20, 23-24

Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum, tulitque de fructu illius et comedit. Mulier comedit antea, non uir. Ideo, quia facilius carnales persuadentur ad peccatum, nec tam uelociter spiritales decipiuntur.

Et dedit uiro suo, et comedit. Vtique quia post delectationem carnalis concupiscentiae nostrae, etiam ratio nostra subicitur ad peccandum.

Cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia fici. Foliis fici se contegunt, qui saeculum asperum amplectuntur, qui prurigine uoluptatis carnalis arantur, quique decepti haeretica prauitate, et gratia dei nudati, *tegumenta mendaciorum, tamquam folia fici,* colligunt, facientes sibi succinctoria prauitatis, *cum de domino uel ecclesia mentiuntur.*

Cumque audissent uocem dei deambulantis in paradiſo ad auram post meridiem. Deambulat deus in illis et non stat, qui *stabiles in eius praecepto non perseverant.* *Et bene ad auram post meridiem,* quia iam ab eis auferitur *lux illa feruentior ueritatis,* appropinquabitibus errorum tenebris.

Absconderunt se *a facie dei in medio ligni paradiſi.* In medio namque ligni se abscondit, qui auersus a praeepte creatoris, in

429 Gen. 3.5 437 Gen. 3.6 441 Gen. 3.6 444 Gen. 3.7 450 Gen. 3.8 455
Gen. 3.8

431 et omnes - 435 excaecetur] Aug., *DGcM* 2.25.38, CSEL 91.164,28-32 447 tegumenta - 449 mentiuntur] Aug., *DGcM* 2.26.39, CSEL 91.165,18-20 451 Deambulat - 453 aufertur] Aug., *DGcM* 2.16.28, CSEL 91.145,1-6 453 lux illa feruentior ueritatis] lux feruentior ueritatis, Greg., *Mor.* 28.1, CCSL 143B.1398,112

431 omnes] omnes heretici *GR* 434 ad] et *T* 435 excaecetur *F* *Aug.*] obscuretur *ATGR* 438 facilius carnales] carnales facilius *T* 444 Foliis fici *F*] Folia fici *A om.* *T* 445 asperum amplectuntur] amplectunt *A* 445 prurigine] pro regione *T* 446 arantur *T*] uiruntur *A* utuntur *F* 448 cum de *T*] cum *A* unde *F* 451 qui] quia *T* 453 feruentior] feruens *A* 456 praeepte] praeeptis *A*

219D
430 220A

435

440
220B

445

450

455
220C

erroris atque arbitrii sui uoluptatibus uiuit.

Vocauitque deus Adam, Vbi es? Hic ostendit quia si quis a fide uel bonis operibus ad mendacia sua desideriaque labuntur, non despiciit illos deus, sed adhuc ut redeant per paenitentiam uocat, *Quia non uult mortem peccatoris, donec conuertatur et uiuat.* Ergo **non est** desperandum quibuslibet peccatoribus, dum et ipsi impii ad spem indulgentiae prouocentur.

Dicitur autem post haec serpenti, *Maledictus eris inter omnia animantia. Super pectus tuum et uentrem gradieris.* Nomine autem pectoris significatur superbia mentis, nomine autem uentris significatur desiderium carnis. His enim duabus rebus serpit diabolus **ad eos quos uult decipere**, id est, aut terrena cupiditate, et luxuria, aut superbiae insana ruina.

Et terram manducabis, id est, **ad te pertinebunt, quos terrena cupiditate deceperis.**

[Quando autem dictum est diabolo terram manducabis, dictum est et peccatori, *Terra es et in terram ibis.* Datus est ergo in cibum diaboli peccator, sicut enim quod manducamus in corpus nostrum conuertitur, et cibus ipse secundum corpus hoc efficitur, quod nos sumus. Sic per nequitiam et impietatem hoc efficitur quisque quod diabolus, id est, similis eius. Et subicitur ei sicut subiectum est nobis corpus nostrum. Et hoc est quod dicitur manducari a serpente.

Quod autem adiecit,] *Omnibus diebus uitae tuae*, id est, omni tempore quo **agis** hanc potestatem ante illam ultimam poenam iudicii.

458 Gen. 3.9 460 Ez. 33.11 464 Gen. 3.14 470 Gen. 3.14 473 Gen. 3.19 480 Gen. 3.14

461 non est - 462 peccatoribus] cf. Aug., *En. in Ps. 50.18*, CCSL 38.613,17-18 465 Nomine - 468 decipere] Aug., *DGcM 2.17.26*, CSEL 91.148,18-22 470 Et terram- 471 deceperis] Aug., *DGcM 2.18.27*, CSEL 91.149,4-6 472 Quando autem - 478 a serpente] Aug., *De agone chr. 2.2*, CSEL 41.103,11-20 480 Omnibus diebus - 482 iudicij] Aug., *DGcM 2.18.27*, CSEL 91.149,1-3

457 uiuit] se conuertit *A* 458 quia si quis *F*] quia quicumque *A* qua si qui *T* 459 sua desideriaque] suo desiderio *F* 461 donec] sed ut *T* 465 Nomine autem *FT*] Figuraliter hic nomine autem *A* 466 significatur *FT* Aug.] designatur *A* 467 desiderium] desideria *T* 467 duabus] duobus *A* 467 ad] *om. T* 472 Quando - 480 adiecit *A*] *om. alii* 481 ante] regnare in hominem ante *A* 481 poenam iudicij] iudicij diem *F*

Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius. Semen diaboli peruersa suggestio est. Semen autem mulieris fructus est boni operis, quo peruersae suggestione resistitur.

Ipsa caput illius conteret, si eum mens in ipso initio malae suggestionis excludit. Ille insidiatur calcaneum eius, quia mentem, quam prima suggestione non decipit, decipere in finem tendit.

Quidam autem hoc quod dictum est, *Inimicitias ponam inter te et mulierem*, de uirgine in qua dominus natus est, intellexerunt, eo quod ex illo tempore ex ea dominus nasciturus, ad inimicum deuincendum et ad mortem, cuius ille auctor erat, destruendam, promittebatur, sicut in Dauid scriptum est, *De fructu uentris tui ponam super sedem tuam*.

Nam et illud quod subiunctum est, *Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneum eius*, hoc de fructu uentris Mariae, qui est Christus, intellegunt, id est, Tu eum supplantabis, ut moriatur. Ille autem, te uicto, resurget, et caput tuum conteret, quod est mors, sicut et Dauid dixerat ex persona patris ad filium, *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculabis leonem et draconem*. Aspidem dixit mortem, basiliscum peccatum, leonem Antichristum, draconem diabolum.

De poena autem mulieris quid significat, quod ei dicitur, *In dolore paries filios, nisi quia uoluptas carnalis, cum aliquam malam consuetudinem uult uiincere, patitur in exordio dolores, atque ita per mulierem consuetudinem parit bonum opus, quasi filios.*

485

⁴⁸⁹⁻⁵⁰²
490 Victorinus
221B

495

500

221C

505

483 Gen. 3.15 486 Gen. 3.15 489 Gen. 3.15 493 Ps. 131.11 495 Gen. 3.15 499
Ps. 90.13 503 Gen. 3.16

484 Semen - 485 resistitur] Aug., *DGcM* 2.18.28, CSEL 91.150,14-15 486 eum - 487 excludit] Aug., *DGcM* 2.18.28, CSEL 91.150,18 503 De - mulieris] Aug., *DGcM* 2.19.29, CSEL 91.150,1 504 nisi - 505 uiincere] Aug., *DGcM* 2.19.29, CSEL 91.151,26-28 505 in exordio - 506 consuetudinem] Aug., *DGcM* 2.19.29, CSEL 91.150,12-15

483 et F] inter A om. T 484 Semen] Et semen F 484 diaboli] zaboli A 484 suggestio] suggestione F 484 autem] om. T 487 insidiatur] insidiabitur T 487 calcaneum] calcaneo F 491 ex] om. T 491 nasciturus] nasci A 492 ad] om. A 493 sicut - 498 quod est mors] om. F 495 et A] om. T 495 est T] erat A 498 te uicto resurget] de te victo resurget A uictori resurget TG uictori surget R 502 diabolum] diabolum, nunc occulite insidiantem, leonem Antichristum, in ultimo aperte seuientem A 506 mulierem] meliorem F

Quod uero adiecit, *Et conuersio tua ad uirum tuum, et ipse tui dominabitur*, hoc significat quod illa uoluptas carnalis, quae cum dolore reluctauerat, ut faceret consuetudinem bonam, iam ipsis erudita doloribus, cautior fit, et ne corrut obtemperat rationi, et libenter seruit quasi uiro iubenti.

Vocaturque dehinc *mater uiuorum*, id est, recte factorum, quibus contraria sunt peccata, quae nomine mortuorum significantur. Iam uero per sententiam quae in uirum infertur, ratio nostra arguitur, quae et si ipsa peccati concupiscentia seducatur, et a paradiso beatitudinis remota, habet maledictiones terrenae operationis, habet et dolores temporalium curarum, quasi spinas et tribulos.

Sic tamen dimititur a paradiso beatitudinis, *ut operaretur terram*, id est, ut in corpore isto laboret, et collocet sibi meritum redundi ad uitam beatam, quae paradisi nomine significatur, possitque aliquando manum porrigere ad arborem uitae, et uiuere in aeternum. Manus autem porrectio bene significat crucem, uel cruciatum paenitentiae, per quam uita aeterna recuperatur.

Accipit etiam tunica pelliceam diuino iudicio. Quo nomine corporis mortalitas significatur in historia. In allegoria autem de carnalibus sensibus abstractae uoluptates, quae carnaliter uiuentem diuina lege consecuntur et contegunt. Qui si aliquando ad deum conuerterit.

Per flammeam frameam, id est, per temporales tribulationes, peccata sua agnoscendo et gemendo.

510 222A

222B

515

520

525 222C

530

507 Gen. 3.16 512 Gen. 3.20 518 Gen. 3.23 529 Gen. 3.24

508 cum dolore - reluctauerat] Aug., *DGcM* 2.19.29, CSEL 91.151,16 509 consuetudinem - 510 iubenti] Aug., *DGcM* 2.19.29, CSEL 91.151,29-31 512 mater - 513 significantur] Aug., *DGcM* 2.21.31, CSEL 91.154,22-24 519 id est - 520 significatur] Aug., *DGcM* 2.22.34, CSEL 91.158,25-29 521 aliquando - 523 recuperatur] Aug., *DGcM* 2.22.34, CSEL 91.157,17-20 524 Accipit - 530 gemendo] Aug., *DGcM* 2.27.41, CSEL 91.167,15-23

507 adiecit] dicit F 508 quod] quia F 509 ipsis] ipsa F 510 ne] nec A 513 mortuorum] mortis A 515 si ipsa] supra T 515 seducatur] seducta a T 516 beatitudinis] benedictione A 516 maledictiones] maledictionem A 518 tamen] om. A 518 a] om. T 518 operaretur] operetur F 521 uitae] uitae Christum A 522 bene] benigne A 526 abstractae uoluptates] Attracta phantasmata Aug. 528 conuerterit] conuersus fuerit A 529 temporales tribulationes] tribulationes temporales T 530 et] om. F

Et per cherubin, id est, per plenitudinem scientiae, quod est caritas, perueniet ad arborem uitae Christum, et uiuet in aeternum.
Cherubin namque plenitudo scientiae interpretatur.

223A

Framea uero uersatilis posita *ad custodiendam uiam ligni uitae*, temporales poenae intelleguntur. Nemo enim potest peruenire ad arborem uitae nisi per has duas res, tolerantiam uidelicet moles-tiarum et scientiae plenitudinem, id est, per caritatem dei et proximi. *Plenitudo enim legis caritas est.*

Gen. 4.1-26

VI

Adam uero cognouit Euam uxorem suam, quae concepit, et peperit Cain. Rursumque peperit fratrem eius Abel. 540

[*Factum est autem post multos dies ut Cain offerret de fructibus terrae munera deo. Abel quoque obtulit primogenitis gregis sui. Et respexit dominus ad Abel et ad munera eius. Ad Cain uero et ad munera illius non respexit.*] 545

Natiuitas duorum filiorum Adam similitudinem habet duorum populorum, qui erant diuisis temporibus ad fidem uenturi, pari opere et dissimili caritate ante deum.

Fuit autem Abel pastor ouium, et Cain agricola. Sed sicut Cain sacrificium ex terrae fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ouibus et earum adipe suscipitur, ita noui testamenti fides ex innocentia grata deum laudans ueteris testamenti terrenis operibus anteponitur. 550

[*Quaeritur autem cur deus sacrificium Abel suscepit, et a sacrificio Cain oculos auertit, nisi quia non fuit caritas in Cain, et nisi* 555

531 Gen. 3.24 532 Gen. 3.22 533 Gen. 3.24 534 Gen. 3.24 538 Rom. 13.10 540 Gen. 4.1-5 549 Gen. 4.2

531 per - 532 aeternum] Aug., *DGcM* 2.27.41, CSEL 91.168,25-29 533 cherubin - 535 interpretatur] Aug., *DGcM* 2.23.35, CSEL 91.158,4-6 534 Framea - 535 intelleguntur] Aug., *DGcM* 2.23.36, CSEL 91.214 535 Nemo enim - 537 plenitudinem] Aug., *DGcM* 2.23.35, CSEL 91.159,19-21 538 Plenitudo - caritas est] Aug., *DGcM* 2.23.36, CSEL 91.159,7 549 sicut Cain - 553 operibus anteponitur] Aug., *C. Faust.* 12.9, CSEL 25/1.337,15-18 555 non fuit caritas - 561 auertit] Aug., *In Epist. Io.* 5.8, PL 35.2017

531 per] om. F 537 scientiae plenitudinem] plenitudinem scientiae T 542 Factum - 545 non respexit A] om. alii 546 duorum filiorum] filiorum duorum T 546 similitudinem habet] figuram gessit A 547 erant] ex eius genere A 547 diuisis] diuisi F 549 sicut] quid est quod A 551 adipe] adipibus A 551 ita] nisi quia A 552 grata] gratiae Aug. 552 deum] domini F 554 Quaeritur - 572 domaberis illius A] om. alii 554 cur] quur A

esset caritas in Abel, non acciperet deus sacrificium eius. Cum enim ambo obtulissent, ille de fructibus terrae, ille de foetibus ouium, nemo putet quia deus fructus terrae neglexit et foetus ouium elegit. Non intendit deus ad munus, sed in corde uidit, et quem uidit cum caritate offerre, ipsius sacrificium respexit, quem uidit cum inuidia offerre ab ipsius sacrificio oculos auertit.

Item quaeritur quomodo scire potuit Cain quod fratris munera suscepisset deus, et sua repudiasset, nisi illa interpretatione quam Theodotion posuit, *Et inflammauit dominus super Abel et super sacrificium eius, super Cain autem et super sacrificium eius non inflammauit?* Ignem autem ad sacrificium in flamma deuorandum solitus uenire de caelo et in dedicatione templi sub Salomone legimus, et quando Helias in monte Carmelo construxit altare.

Iratus autem Cain uehementer et concidit uultus eius. Cur concidit facies tua, Nonne si bene egeris, recipies. Sin autem male statim in foribus peccatum tuum aderit? Et sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius.]

Dixit deus ad Cain, si recte offeras, et recte non diuidas, peccasti. Vtique quia etsi antea Iudaci recte illa fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia, Christo ueniente, iam tempus noui testamenti a tempore ueteris testamenti non distinxerunt.

Qui si obtemperasset Cain deo, dicenti, Quiesce, sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius, ad se conuertisset peccatum suum sibi hoc tribuens et confitens deo ac sic adiutus indulgentiae gratia ipse peccato suo dominaretur, non illo sibi dominante seruus peccati fratrem occideret innocentem. Sic et Iudaei, in quorum haec figura gerebatur, si quiescerent a sua perturbatione, et tempus salutis per gratiam in peccatorum remissionem cognoscentes audirent Christum dicentem, Non ueni uocare iustos, sed peccatores in paeni-

564 Gen. 4.4-5 569 Gen. 4.5-7 573 Gen. 4.7 577 Gen. 4.7 584 Mt. 9.13, Mc. 2.17, Lc. 5.32

562 scire - 568 altare] Hier., *Hebr. quaeſ.*, CCSL 72.6,15-22 573 Dixit deus - 576 non distinxerunt] Aug., *C. Faust.* 12.9, CSEL 25/1.337,18-21 577 Qui si obtemperasset - 593 doluerunt] Aug., *C. Faust.* 12.9, CSEL 25/1.337,23-338,16

569 Cur] Quur *A* 573 Cain] eum *A* 574 anteal] ante Aug. 574 in eo] ideo *A* 577 deo] domino *F* 578 eius] om. *A* 579 sic adiutus *A* Aug.] sicut iustus *F* ac si ad iustos *T* 580 peccati] peccati factus *A* 582 haec figura] figuram haec *A* hoc figura *F* figura haec *T*

560

565

570

575

580 223C

tentiam. Tunc ad se conuerterent peccatum suum in confessione, sicut in Psalmo scriptum est, medico dicente, *Ego dixi, domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi,* eidemque peccato, quamdiu esset adhuc in eorum mortali corpore, per spem gratiae liberi dominarentur. Nunc autem ignorantes dei iustitiam, et suam uolentes constituere, elati de operibus legis, non humiliati de peccatis suis non quieuerunt, sed offenderunt in lapidem offensionis et exarserunt iracundia aduersus Christum, cuius opera uidentes deo accepta esse, doluerunt.

Itaque post haec occiditur Abel minor natu a fratre Cain maiore natu. Occiditur Christus, caput populi minoris natu, a populo Iudeorum maiore natu, ille in campo, iste in Caluariae loco.

Interrogat deus Cain, non tamquam ignarus eum a quo discat, sed tamquam iudex reum quem puniat, et dicit, *Vbi sit frater eius?* Respondit ille nescire se, nec eius se esse custodem. Vsque nunc quid nobis respondent Iudei, cum eos dei, hoc est, sanctarum scripturarum uoce interrogamus de Christo? Illi nescire se Christum respondent. Fallax enim Cain ignoratio Iudeorum est falsa negatio. Essent autem quodam modo Christi custodes, si christianam fidem accipere et custodire uoluissent.

Dixit deus ad Cain, Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra. Sic arguit in scripturis sanctis uox diuina Iudeos. Habet enim magnam uocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto, ab omnibus gentibus respondetur, Amen. Haec est uox clara, uox sanguinis, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redemptorum.

585

224A

590

595

224B

600

605

224C

610

586 Ps. 40.5 589 Rom. 10.3 590 Rom. 6.12 597 Gen. 4.9 605 Gen. 4.10

594 Itaque post - 613 de manu tua] Aug., *C. Faust.* 12.9-11, CSEL 25/1.338,20-339,13

586 in Psalmo scriptum est] scriptum est in Psalmo A 592 iracundia] odio Aug. 594 Itaque post haec occiditur FT] Occiditur itaque A 594 Cain] om. FT 596 maiorem A maior T 597 ignarus] ignorans Aug. 598 dicit] dicit ei A 598 sit frater eius] est Abel frater tuus A 599 Vsque] Vsque ad A 599 nunc] adhuc Aug. 600 eos dei, hoc est F] eos de dei id est A eis hoc est T eos dei uoce hoc est Aug. 604 et] om. T 605 Dicit A] Dicit FT 607 magnam uocem Christi sanguis] uocem magnam sanguis Christi T

Dicit deus ad Cain, Maledictus eris [super terram, siue ut Septuaginta interpretatio habet, Maledictus eris] a terra, quae aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Maledictus est enim populus iudaicus infidelis a terra, id est, ab ecclesia, quae aperuit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi, qui effusus est in remissionem peccatorum de manu persecutoris, nolentis esse sub gratia, sed sub lege, ut esset ab ecclesia maledictus, id est, ut ostenderet cum ecclesia maledictum, testificante Apostolo, *Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis.*

Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructos suos. In ipsa enim terra quam Christus portauit, id est, in eius carne, ipsi operati sunt salutem nostram, crucifigendo Christum, qui mortuus est propter delicta nostra. Nec tamen eis dedit eadem terra uirtutem suam, quia non iustificati sunt uirtute resurrectionis eius, qui resurrexit propter iustificationem nostram, quia etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute dei. Haec est ergo uirtus terrae illius, quam non ostendit impiis et incredulis. Vnde nec resurgens eis, a quibus erat crucifixus apparuit tamquam Cain operanti terram, ut granum illud seminaretur.

Vagus et profugus, siue ut in Septuaginta scriptum est, *gemens et tremens eris in terra.* Nunc ecce quis non uideat, quis non agnoscat, in tota terra, quacumque dispersus est ille populus, quomodo sit *uagus in gentibus et profugus a Ierusalem?* Quomodo gemat mae-
rore amissi regni et tremat timore sub innumerabilibus populis christianis?

615

225A

620

625

225C

630

635

611 Gen. 4.11 619 Gal. 3.10 621 Gen. 4.12 626 2 Cor. 13.4 631 Gen. 4.12

613 Maledictus est - 620 sunt legis] Aug., *C. Faust.* 12.11, CSEL 25/1.339,17-
24 621 In ipsa - 630 illud seminaretur] Aug., *C. Faust.* 12.11, CSEL 25/1.340,20-
341,2 631 gemens et tremens - 633 ille populus] Aug., *C. Faust.* 12.12, CSEL
25/1.341,5-7 634 Quomodo gemat - 649 respondit deus] Aug., *C. Faust.* 12.12,
CSEL 25/1.341,7-21

611 super terram - 612 Maledictus eris *A]* om. *alii* 614 iudaicus *F Aug.]* Iudeorum *AT* 616 peccatorum *A Aug.]* omnium peccatorum *F peccatorum omnium T* 618 testificante] dicente Aug. 620 sunt] om. *FT* 626 etsi] si *A* 626 infirmitate] infirmitate nostra *T* 627 Haec] om. *A* 633 tota terra *A Aug.]* totam ter-
ram *FT* 635 tremat *A Aug.]* tremeat *FT*

Ideoque respondit Cain dicens, *Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear. Ecce eiecis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar, et ero uagus et profugus in terra. Igitur omnis qui inuenierit me, occidet me.* Vere inde *uagus et profugus* gemit et tremit, ne regno etiam terreno perditio ista uisibili morte occidatur. Hanc dicit maiorem causam quam illam quod ei terra nostra non dat uirtutem suam, ne spiritualiter moriatur. Carnaliter enim sapit et abscondit a facie dei, id est, iratum habere deum graue non putat, sed hoc timet, ne inueniatur et occidatur. Carnaliter enim sapit, tamquam operans terram, cuius uirtutem non accipit. Sapere autem secundum carnem mors est, quam ille non intellegens, amissio regno, gemit et corporalem mortem tremit. Sed quid ei respondit deus?

Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, siue ut Septuaginta transtulerunt, *Septem uindictas exsoluet,* id est, non sic, quomodo dicis, non corporali morte interibit genus impium carnalium Iudeorum. Quicumque eos ita perdiderit, *septem uindictas exsoluet,* id est, auferet ab eis septem uindictas, quibus alligati sunt propter reatum occisi Christi, hoc toto tempore, quod septenario dierum numero uoluitur, magis quia non intererit gens Iudea, satis appareat fidelibus christianis, sed solam dispersionem meruerint, iuxta quod ait scriptura, *Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae. Disperge illos in uirtute tua, et destrue eos.*

Posuit dominus Cain in signum, ut non eum interficeret omnis qui inuenisset eum. Hoc re uera multum mirabile est, quemadmodum omnes gentes quae a Romanis subiugatae sunt, in ritu Romanorum sacrorum transierint eaque sacrilegia obseruanda et celebranda suscepient. Gens autem Iudea siue sub paganis regibus, siue sub christianis, non amisit signum legis et circumisionis sua, quo a

225D
640 226A

645

650

226B

655

660

226C

665

637 Gen. 4.13-14 650 Gen. 4.15 658 Ps. 58.12 660 Gen. 4.15

651 Septem uindictas - 658 meruerint] Aug., *C. Faust.* 12.12, CSEL 25/1.341,22-342,1 660 Posuit dominus - 668 occidit] Aug., *C. Faust.* 12.12, CSEL 25/1.342,3-II

637 Cain] *om. T* 638 eiecis] eiciens *A* 640 ne regno etiam *AF*] etiam ne regno *T* 642 ei] et *T* 645 Carnaliter enim sapit, tamquam operans terram] *om. A* 647 autem *T Aug.*] aut *AF* 649 deus] dominus *F* 656 uoluitur] reuoluitur *A* 659 destrue] depone *T* 661 multum] *om. T* 662 a] *om. F* 665 quo a] quod *T*

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
 Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

caeteris gentibus populisque distinguitur. Sed omnis imperator uel rex, qui eos in regno suo inuenit, cum ipso signo eos inuenit, nec occidit.

Exiit ergo Cain a facie domini, et habitauit in terra Naid, quod dicitur interpretatum commotio, siue instabilis et fluctuans et sedes incertae. Contra quod malum deus rogatur in Psalmo, Ne dederis in motu pedes meos, et Manus peccatorum non moueant me.

Nunc uero et Iudaei et omnes qui diuersis erroribus contumaces sunt, resistendo ueritati, exeunt a facie dei, id est, a misericordia dilectionis eius uel a participatione lucis eius, et habitant profugi in terra commotionis, id est, in perturbatione carnali contra iucunditatem dei, hoc est, contra Eden, quod interpretatur epulatio, ubi est plantatus paradisus.

Cognouit autem Cain uxorem suam, et concepit et peperit Enoch, et aedificauit Cain ciuitatem. Quid ergo sibi per figuram uult, quod impiorum progenies ciuitatem in ipsa mundi origine construxit, nisi quod noueris impios in hac uita esse fundatos, sanctos uero hospites esse et peregrinos? Vnde et Abel tamquam peregrinus in terris, id est, populus christianus, non condidit ciuitatem. Superna est enim sanctorum ciuitas, quamuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat.

[Nam et Petrus propterea reprehenditur, quod tabernacula in monte fieri cogitauit, quia sancti in hoc mundo tabernaculum non aedificant.]

669 Gen. 4.16 671 Ps. 65.9 672 Ps. 35.12 679 Gen. 4.17

670 instabilis et fluctuans et sedes incertae] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.7,22 671 Contra quod - 672 moueant me] Aug., *C. Faust.* 12.13, CSEL 25/1.342,16-18 673 Nunc uero - 674 facie dei] Aug., *C. Faust.* 12.13, CSEL 25/1.343,6-8 674 id est - dilectionis eius] Aug., *C. Faust.* 12.13, CSEL 25/1.342,22 675 habitant - 678 paradisus] Aug., *C. Faust.* 12.13, CSEL 25/1.343,9-II 682 impios - fundatos] Isid., *Alleg.* 7, PL 83.100A 683 Abel - condidit] Aug., *De ciu. dei* 15.1, CCSL 48.454,55-56 684 Superna - 686 adueniat] Aug., *De ciu. dei* 15.1, CCSL 48.454,56-58 687 Petrus - 688 tabernaculum non aedificant] Isid., *Sent.* 3.16.4, CCSL III.244,13-15

667 nec] et non *T* 669 Cain] *om. FT* 669 domini] dei *A* 669 habitauit] habitatus *A* 669 Naid] Naith *T* 671 sedes incertae *Hier.*] sedes incerta *AF* sedis incertae *T* 672 motu] commotio *A* 672 moueant *T Aug.*] moueat *AF* 676 commotionis] contra commotionis *F* 676 perturbatione carnali *Aug.*] perracturbatione carnali *A* perturbationes carnales *F* carnali conturbatione *T* 676 contra] *om. F* 681 construxit] construxerit *A* 682 impios in hac uita] in hac uita impios *F* 684 id est *T*] *om. A* hoc est *F* 687 Nam - 689 aedificant *A*] *om. alii*

670 226D

227A

675

680

227B

685

Aedificauit autem eam ex nomine filii sui Enoch. Iste filius, in cuius nomine condita est, Enoch, id est, terrestris Ierusalem, quod interpretatur possessio, significat istam ciuitatem et initium et finem habere terrenum, ubi nihil plus quam quod cernitur speratur.

[Iste autem filius Cain qui uocatus Enoch, in cuius nomine condita est ciuitas, interpretatur dedicatio. Impiorum enim dedicatio in hac uita fundata est. Enoch autem iustus ab Adam septimus, et ipse dedicatio item dicitur, sed translatus ostendit iustos per id quod ipse est septimus in fine, hoc est, in septimo millesimo die ab hac die dedicationem supernae ciuitas abituros.]

Porro Enoch genuit Irad, et Irad genuit Mauiahel, et Mauiahel genuit Mathusahel, et Mathusahel genuit Lamech qui accepit duas uxores, nomen uni Ada et nomen secundae Sella. Notandum autem quod in progenie Seth, nulla ibi progenita femina nominatim exprimitur, nisi tantum in progenie Cain femina commemoratur. Quod significatur terrenam ciuitatem usque in sui finem carnales habituram generationes, quae marium ac feminarum coniunctione proueniunt.

Dixit quoque Lamech uxoribus suis, Audite uerba mea, et auscultate sermonem meum. Quoniam occidi uirum in uulnus meum, et adolescentulum in liuore meo, quoniam septies uindicabitur de Cain, de Lamech autem septuagies septies. Iam alibi secundum historiam dictum est, eo quod ab Adam usque ad Christum septuaginta et

690

695

700

705

710

227C

228A

690 Gen. 4.17 701 Gen. 4.18-19 709 Gen. 4.23-24

690 in cuius nomine condita est, Enoch] Aug., *De ciu. dei* 15.17, CCSL 48.479,7-8 692 istam - 693 speratur] Aug., *De ciu. dei* 15.17, CCSL 48.480,50-51 695 Enoch - 696 dedicatio] cf. Aug., *De ciu. dei* 15.17, CCSL 48.479,7-12 697 Adam - 698 translatus] Aug., *De ciu. dei* 15.19, CCSL 48.481,3-4 704 nulla ibi progenita femina] Aug., *De ciu. dei* 15.17, CCSL 48.479,29 706 terrenam - 708 prouenient] Aug., *De ciu. dei* 15.17, CCSL 48.480,42-45 713 ab Adam - 715 solutum est] Hier., *Ep. 36.5*, CSEL 54.272,14-17; 273,3-4

690 autem] om. A 690 eam] om. T 695 Iste - 700 abituros A] om. alii 701 Irad T] Iradh A Irath F 701 Irad T] Iradh A Irath F 701 Mauiahel F] Mauihel A Manulahel T 701 Mauiahel F] Mauihel A Manulahel T 702 Mathusahel T] Matusahel A Mathusael F 702 Mathusahel T] Matusahel A Mathusael F 703 unil] unae F 705 femina] om. A 705 commemoratur T] memoratur A nominatur F 707 maritum] marium Aug. 710 sermonem meum] meum sermonem A

septem generationes inueniuntur, in quibus **peccatum Lamech**, id est, totius mundi, sanguinis Christi effusione solutum est. Siquidem et in populo Iudeorum propter interfectionem Christi septuaginta septem uindictae sunt statutae, iuxta illud euangelicum, in quo dictum est Petro apostolo, *Non solum septies, sed etiam septuages septies*, si paenituerit, fratri remittendum, id est, Iudeum reuertentem post septuaginta septem uindictas statutas recipiendum ad indulgentiam Christi.

715

Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam, et peperit filium, vocauitque nomen eius Seth. Sed et Seth natus est filius, quem vocauit Enos. Seth quippe interpretatur **resurrectio**, qui est Christus, et Enos filius eius interpretatur homo, qui *coepit inuocare nomen domini*. Quid hoc intellegitur, nisi quia in confessione uiuit omnis homo, qui est **filius resurrectionis**, quamdiu peregrinatur in terris? Item ex duobus illis hominibus, Abel, quod interpretatur luctus, et eius fratre Seth, quod interpretatur resurrectio, mors Christi et uita eius ex mortuis figuratur. Ergo, ut breuius dicam, **Abel luctus, Seth resurrectio, Enos homo**, quia post luctum resurrectio, de resurrectione homo inuocans deum.

720

Item Enos genuit Cainan, Cainan autem genuit Malalehel, Malalehel genuit Iareth, Iareth genuit Enoch, [de quo lato superius diximus qui fuit]. Hic autem Enoch **septimus ab Adam**, qui placuit deo et translatus est, **septimam requiem** significat, ad quam transfertur omnis qui tamquam sexta die, id est, **sexta aetate saeculi**, per Christi aduentum formatur. Transactis enim sex milibus annis, facto etiam iudicio, et renouatis caelo ac terra, **transferentur sancti in uitam perpetuae immortalitatis**. Quod autem per Seth ab Adam

228B

725

730

735

228C

740

718 Mt. 18.22 722 Gen. 4.25-26 725 Gen. 4.26

724 Seth - 725 homo] Aug., *De ciu. dei* 15.17, CCSL 48.479,15-16 726 uiuit - 730 figuratur] Aug., *De ciu. dei* 15.18, CCSL 48.480,3-8 730 Abel - 731 homo] Hier., *Hebr. nom.*, CCSL 72.60,18 735 Enoch - 738 formatur] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.343,20-23 739 transferentur - immortalitatis] Isid., *Alleg.* II, PL 83.102A 740 per Seth - 746 faciunt] Aug., *De ciu. dei* 15.20, CCSL 48.485,137-144

724 et] *om. A* 728 quod Aug. *FT*] qui *A* 734 de quo - 735 qui fuit *A*] *om. alii* 738 Transactis enim sex milibus annis, facto etiam iudicio, et *FT*] Sex milia enim anni in huius saeculi aetatibus deputantur, quibus transactis adueniente septima mundi aetate *A*

usque ad Noe denarius numerus insinuatur, complementum mandatorum in ecclesiae operibus figuratur, cui numero si adiciuntur tres filii Noe, medio reprobato, duodenarius numerus consummatur, qui in patriarcharum et apostolorum numero insignis habetur propter septenarii partes, altera per alteram multiplicatis. Nam ter quaterni, uel quater terni ipsum faciunt.

Quod uero progenies ex Adam per Cain undenario numero finitur, transgressio mandatorum, siue peccatum ostenditur. Nam dum Lamech septimus ab Adam reperiatur scriptus, adduntur ei tres filii et una filia, ut undenarius numerus compleatur, per quod demonstratur peccatum. Nam et ipse numerus a femina clauditur, a quo sexu initium peccati commissum est, per quod omnes morimur, scilicet, ut uoluptas carnis, quae spiritui resisteret, sequeretur. Vnde et ipsa filia Lamech Noema, id est, uoluptas interpretatur. Nam quod de Mathusalem secundum Septuaginta ultra diluuium numerantur anni, quoniam solus est Christus, cuius uita nullam sensit aetatem, in maioribus quoque illis non sensisse diluuium uideretur.

Gen. 6-8

VII

Noe autem per omnia omnesque actus eius Christum significat. Noe enim requies interpretatur, et dominus dicit, *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris.* Solus iustus inuenitur Noe in illa gente, cui septem homines donantur propter iustitiam suam. Solus iustus est Christus atque perfectus, cuius septem ecclesiae propter septemplicem spiritum illuminantem in unam ecclesiam condonantur.

Quod uero Noe per aquam et lignum liberatur. Lignum quippe et aqua crucem designat et baptisma. Sicut enim ille cum suis per

761 Mt. 11.29

747 progenies - finitur] Aug., *De ciu. dei* 15.20, CCSL 48.485,132-133 749 Lamech - 751 peccatum] Aug., *De ciu. dei* 15.20, CCSL 48.485,116-119 751 et - 755 interpretatur] Aug., *De ciu. dei* 15.20, CCSL 48.485,133-137 755 Nam quod - 758 uideretur] cf. Hier., *Hebr. quae.*, CCSL 72.10,22-25 767 Noe - liberatur] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.343,24 768 cum suis - 770 signatur] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.343,24-25

741 mandatorum] mandata A 743 numerus Aug. F] om. AT 745 altera] altera enim A alteram Aug. 747 Cain] Cainan F 748 peccatum] peccati uitium F 755 Septuaginta] LXX A 757 illis] illius F 760 omnesque T] omnisque AF 762 sum] sum ego A 765 cuius] cuius septem homines, id est A 766 in unam] una A

745
229A

750

755

229B

760

765

229C

aquam et lignum saluatur, sic familia Christi per baptismum et crucis passionem signatur.

Arcam instruxit Noe de lignis non putrescentibus, ecclesia construitur a Christo ex hominibus in sempiternum uicturis. Arca enim ista ecclesiam demonstrabat, quae natat in fluctibus mundi huius. Quod autem eadem arca *de lignis quadratis fieri iubetur, undique stabilem uitam sanctorum significat, ad omne opus bonum paratam.*

Quocumque enim uerteris, quadratum firmiter stat. Quod bitume glutinantur arcae ligna intrinsecus et extrinsecus, ut in compage unitatis, significatur tolerantia caritatis, ne scandalis ecclesiam temptantibus, siue ab his qui intus sunt, siue ab his qui foris sunt, cedat fraterna iunctura et soluatur uinculum pacis. Est enim bitumen feruentissimum et uiolentissimum gluten, significans dilectionis ardorem ui magna fortitudinis ad tenendam societatem spiritalem omnia tolerantem. Quod arca trecentis cubitis longa est, ut sexies quinquaginta compleantur, sicut sex aetatibus omne huius saeculi tempus extenditur, in quibus omnibus Christus numquam destitit praedicari, in quinta per prophetiam prae-nuntiatus, in sexta per euangelium diffamatus.

Potest quidem et in his trecentis cubitis signum ligni passionis ostendi. Ipsius enim litterae numerus crucis demonstrat signum, per quod socii Christi passionis effecti per baptismum longitudinem uitiae aeternae adipiscimur.

Quod uero cubitis quinquaginta latitudo eius expanditur, sicut dicit Apostolus, Cor nostrum dilatatum est, unde, nisi caritate spiri-

778 Gen. 6.14 794 2 Cor. 6.11

774 de lignis - 775 significat] Aug., *De ciu. dei* 15.26, CCSL 48.494,26-27 775 ad omne opus - 777 stat] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.344,1-2 777 Quod bitume - 784 omnia tolerantem] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.344,22-345,4 784 Quod arca - 788 diffamatus] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.344,11-15 793 Quod uero - 798 dilatauit] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.344,5-11

772 hominibus] omnibus F 774 iubetur] iubetur, sic ecclesia de sanctis construitur, quadratura enim ligno A 777 stat F Aug.] stabit AT 779 scandalis ecclesiam FT Aug.] ecclesiam scandalis A 783 ui magna T Aug.] uim magnae AF 787 quinta] quinque Aug. 790 litterae] cccT (*in mg.*) F 793 eius] archae A

770

775
230A

780

785

230B

790

tali, propter quod ipse iterum dicit, *Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Quinquagesimo enim die post resurrectionem suam Christus sanctum spiritum misit, quo corda credentium dilatauit. Quod autem eius altitudo in triginta cubitis surgit, quem numerum decies habet in trecentis cubitis longitudo, quia Christus est altitudo nostra, qui triginta annorum aetatem gerens doctrinam euangelicam consecravit, contestans legem non se uenisse soluere, sed implere. Legis autem cor in decem praeceptis agnoscitur. Vnde decies tricens arcae longitudine perficitur, unde et ipse Noe ab Adam decimus computatur.

Quod sexies longa ad latitudinem suam, et decies ad altitudinem suam, humani corporis instar ostendit, in quo Christus apparuit. Corporis enim longitudo, a uertice usque ad uestigia, sexies tamtum habet quam latitudo, quae est ab uno latere ad alterum latus, et decies tantum quantum latitudo, cuius altitudinis mensura est in latere a dorso ad uentrem. Velut si iacentem hominem metiaris supinum seu pronum, sexies tantum longitudinis est a capite usque ad pedes, quam latus a dextera in sinistram, uel a sinistra in dexteram, et decies quam latus a terra. Vnde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorum, et quinquaginta in latitudine, et triginta in altitudine.

Item quod eadem arca collecta in unum cubitum desuper consummatur, sicut ecclesia corpus Christi in unitate collecta sublimatur et perficitur. Vnde dicitur in euangelio, *Qui tecum non colligit, spargit.* Quod autem aditus ei fit a latere. Nemo quippe intrat in ecclesiam, nisi per sacramentum remissionis peccatorum, quod de Christi latere aperto manauit. Quod inferiora arcae bicamerata et tricamerata construuntur, sicut ex omnibus gentibus uel bipertitam multitudinem congregat ecclesia propter circumci-

795

230C

800

231A

805

810

815

231B

820

795 Rom. 5.5 813 cf. Gen. 6.15 818 Lc. 11.23

798 Quod autem - 804 computatur] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.344,15-
22 805 Quod sexies - 807 apparuit] Aug., *C. Faust.* 12.14, CSEL 25/1.344,2-
5 807 Corporis enim - 815 in altitudine] Aug., *De ciu. dei* 15.26, 493,14-22 816
quod eadem - 829 consummans] Aug., *C. Faust.* 12.16, CSEL 25/1.345,25-346,10

797 sanctum spiritum *A*] spiritum sanctum *T* 799 habet in trecentis] in trecentis habet *A* 809 latitudo *A*] altitudo *FAug.* 813 latus *A*] altus *F* 818 dicitur]
dicti *A* 819 in] *om. A*

sionem et praeputium, uel tripertitam propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est orbis. Et ideo arcae inferiora ista dicta sunt, quia in hac terrena uita est diuersitas gentium. In summo autem omnes in unum consummamur, et non est ista uarietas, quia omnia et in omnibus Christus est, tamquam nos in uno cubito desuper caelesti unitate consummans. Quod cuncta animalia genera includuntur in arca significat quia ex omnibus gentibus et nationibus congregatio fit in ecclesia. Quod etiam Petro demonstratus discus ille significat quod munda et immunda ibi sint animalia, sicut in ecclesia e sacramentis et boni et mali uersantur. Quod septena sunt munda et bina immunda, non quia pauciores sunt mali quam boni, sed quia boni seruant unitatem spiritus in uinculo pacis. Sanctum autem spiritum diuina scriptura in septiformi operatione commendat sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis et timoris dei. Vnde et ille numerus quinquaginta dierum ad aduentum sancti spiritus pertinens in septies septenis, qui fiunt quadraginta nouem, uno addito, consummatur. Propter quod dictum est, *Studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.* Mali autem in binario numero ad schismata faciles et quodammodo diuisibiles ostenduntur. Quod ipse Noe cum suis octauus numeratur, quia in Christo spes resurrectiois nostrae apparuit, qui octaua die, id est, post Sabbati septimum primum a mortuis resurrexit, qui dies a passione tertius, in numero autem dierum qui per omne tempus uoluuntur et octauus et primus est. Quod post septem dies, ex quo ingressus est Noe in arcum, factum est diluuium, quia in spem futurae quietis, quae septimo die significata est, baptizamur. Quod praeter arcum omnis caro quam terra sustentabat diluuium consumpta est, quia praeter ecclesiae societatem aqua baptismi, quamuis eadem sit, non solum

825

231C

830

835

231D

840

232A

845

850

831 cf. Act. 10.13 836 cf. Is. 11.2-3 841 Eph. 4.3 848 cf. Gen. 7.10

829 Quod cuncta - 847 primus est] Aug., *C. Faust.* 12.15, CSEL 25/1.345,5-24 847
Quod post - 859 abluitur] Aug., *C. Faust.* 12.17, CSEL 25/1.346,11-23826 terrena] *om. F* 829 includuntur in arca] in archa includuntur A 835 Sanctum autem spiritum] Spiritum autem sanctum F 842 schismata] scisma A 847 uoluuntur et octauus et primus est] soluuntur et primus et octauus A 848 diluuium] diluuium significat F

non ualet ad salutem, sed ualet potius ad perniciem. Quod *quadraginta diebus et quadraginta noctibus* pluit, quia omnis reatus peccatorum qui in decem praeceptis legis admittitur per uniuersum orbem terrarum, qui quattuor partibus continetur. Decem quippe quater ducta quadraginta fiunt, siue ille reatus quod ad dies pertinet ex rerum prosperitate, siue quod ad noctes ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento baptismi caelstis abluitur. Quod Noe *quingentorum* erat annorum, cum ei locutus est dominus, ut arcam sibi faceret, et sexcentos **habebat** annos, cum in eam fuisset ingressus, unde intellegitur per centum annos arca fabricata, quid aliud hic uidentur centum anni significare, nisi aetas singulas saeculi? Vnde ista sexta aetas, quae completis quingentis usque ad sexcentos significatur in manifestatione euangelica ecclesiam construit. Et ideo qui sibi ad uitam consultit, sit uelut quadratum lignum, paratus ad omne opus bonum, et intret in fabricam sanctam, quia et secundus mensis anni sexcentesimi, quo intrat Noe in arcam, eamdem senariam aetatem significat. Duo enim menses sexagenario numero concluduntur. A senario autem numero et sexaginta cognominantur, et sexcenta et sex milia et sexaginta milia et sexcenta milia et sexcenties, et quidquid deinceps in maioribus summis per eumdem articulum numerus in infinita incrementa consurgit. Et quod uicesimus et septimus dies mensis commemoratur, ad eiusdem quadratura significationem pertinet, quae iam in quadratis lignis exposita est, sed hic euidentius, quia nos ad omne opus bonum paratos, id est, quodammodo quadratos, trinitas perficit in memoria, qua deum recolimus, in intelligentia qua cognoscimus, in uoluntate qua diligimus. Tria enim ter et hoc ter fiunt uiginti et septem, qui est numeri ternarii quadratus. Quod septimo mense arca sedit, hoc est, *requieuit*, ad illam septimam requiem significatio recurrit, et quia perfecti requiescant. Ibi quoque illius quadratura numerus iteratur. Nam uices-

853 Gen. 7.12 859 cf. Gen. 5.32 860 cf. Gen. 7.6 867 2 Tim. 2.21 881 Gen. 8.4

859 Quod Noe - 873 consurgit] Aug., *C. Faust.* 12.18, CSEL 25/1.346,24-347,12 873 Et quod - 895 altitudinem montium] Aug., *C. Faust.* 12.19, CSEL 25/1.347,13-348,8

854 qui] *om. T* 858 noctes] noctem *A* 859 quingentorum] quinquagentorum *A* 878 in] *om. FT* 879 et hoc ter] octo *T* 879 uiginti et septem *A*] xxvii F xx septem *T* 881 sedit] resedit *A* 882 et quia] in qua *F*

232B

855

860

232C

865

870

232D

875

233A

880

ima et septima die secundi mensis commendatum est hoc sacramentum. Et rursus uicesima et septima die septimi mensis eadem commendatio confirmata est, cum arca requieuit. Quod enim promittitur in spe, hoc exhibetur in re. Porro quia ipsa septima requies cum octaua resurrectione coniungitur, neque enim reddito corpore finitur requies, quae post hanc uitam excipit sanctos, sed potius totum hominem, non adhuc spe, sed iam re ipsa omni ex parte et spiritus et corporis perfecta, et immortali salute renouatum, in aeternae uitiae munus assumit. Quia ergo septima requies cum octaua resurrectione coniungitur, et hoc in sacramento regenerationis nostrae, id est, in baptismo altum profundumque mysterium est. Quod *quindecim cubitis* supercreuit aqua, excedens altitudinem montium. Octo itaque et septem quindecim faciunt, sed octo significant resurrectionem, septem quietem. Hoc igitur sacramentum resurrectionis et quietis transcendit omnem sapientiam superborum, ita ut nullatenus possint indagare scientiae suae altitudine resurrectionis quietem. Et quia septuaginta a septem, et octoginta ab octo dinumerantur, coniuncto utroque numero, centum quinquaginta diebus exaltata est aqua, eamdem commendans nobis atque confirmans altitudinem baptismi in consecrando nouo homine ad tenendam quietis et resurrectionis fidem. Quod post dies quadraginta emissus coruus non est reuersus, aut aquis utique interceptus, aut aliquo supernatante cadauere inlectus, significat homines in immunditia cupiditatis teterimos, et ob hoc ad ea quae foris sunt in hoc mundo nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his, quos praeter arcum, id est, praeter ecclesiam baptismus occidit, seduci et teneri. Quod columba emissa, non inuenta requie, reuersa est, ostendit per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam. Post quadrag-

885

^{233B}

890

895

900 ^{233C}

905

910

^{233D}

894 Gen. 7.20 904 Gen. 8.6 910 cf. Gen. 8.12

895 Octo - 896 quindecim] cf. Aug., *C. Faust.* 12.19, CSEL 25/1.348,9-10 897 sacramentum - 898 superborum] cf. Aug., *C. Faust.* 12.19, CSEL 25/1.348,8-9 900 Et quia - 904 fidem] Aug., *C. Faust.* 12.19, CSEL 25/1.348,10-14 904 Quod post - 924 egeamus] Aug., *C. Faust.* 12.20, CSEL 25/1.348,16-349,12

894 quindecim] xv F 896 itaque] quippe A 896 quindecim] xv F 897 et] om. A 900 septuaginta] LXX F 900 octoginta] LXXX F 901 dinumerantur] numerantur F 901 centum quinquaginta] cl F 904 quadraginta] xl F 908 quos F Aug.] om. AT 909 seduci et teneri] seducit et tenet A 912 quadraginta] xl F

inta enim dies emissa est, qui numerus uitam quae in hoc mundo agitur significat. Denique post septem dies dimissa, propter illam septenariam operationem spiritalem oliuae fructuosum surculum retulit, quo significaret nonnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si eis pinguedo non defuerit caritatis, posteriore tempore, quasi uespere, in ore columbae, tamquam in osculo pacis, ad unitatis societatem posse perduci. Quod post alios septem dies dimissa non est reuersa, significat finem saeculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur ecclesia, quamdiu bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis aeternae, cum tradetur regnum deo et patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis ueritatis nullis mysteriis corporalibus egeamus.

Cur sexcentesimo et uno anno uitiae Noe, id est, peractis sexcentis annis aperitur arcae tectum? Finita quippe sexta aetate saeculi reuelabitur absconditum sacramentum atque promissum. Cur uicesimo septimo die secundi mensis dicitur siccasse terram, tamquam finita esset iam baptizandi necessitas in numero dierum quinquagesimo et septimo? Ipse est enim dies secundi mensis uicesimus septimus, qui numerus ex illa coniunctione spiritus et corporis septies octonus habet, uno addito, propter unitatis uinculum.

Cur de arca coniuncti exeant, qui disiuncti intrauerunt? Sic enim dictum erat quod intrauerint in arcam Noe et filii et uxor eius et uxores filiorum eius, seorsum uiri, seorsum feminae commemoratae sunt, nisi quod in hoc tempore *caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem?* Postmodum autem exeunt Noe et uxor eius, filii eius et uxores filiorum eius, hoc est, coniuncti masculi et feminae, quia in fine saeculi, atque in resurrectione iustorum, omnimoda et perfecta pace spiritui corpus adhaerebit, nulla mortalitatis indigentia, uel concupiscentia resistente.

938 Gal. 5.17 939 cf. Gen. 8.18

926 Cur sexcentesimo - 927 tectum] Aug., *C. Faust.* 12.21, CSEL 25/1.349,14-15 928 Cur uicesimo - 940 filiorum eius] Aug., *C. Faust.* 12.21, CSEL 25/1.349,16-350,3 940 coniuncti masculi - 943 resistente] Aug., *C. Faust.* 12.22, CSEL 25/1.350,3-6

916 defuerit] fuerit *A* 919 septem] vii *F* 921 ecclesia *A Aug.] om. FT* 924 mysteriis] ministerii *T* 926 Cur] Quur *A* 928 Cur] Quur *A* 935 Cur] Quur *A*

^{234A}

915

920

925 ^{234B}

930

935

^{234C}

940

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
 Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

Quod dantur eis in escam cuncta animalia, sicut in illo disco Petro dicitur, *Macta et manduca*. Quod electo sanguine iubentur manducare, ne uita pristina, quasi suffocata in conscientia teneatur, sed habeant tamquam effusionem per confessionem. Quod uero testamentum posuit deus inter se et homines, atque omnem animam uiuam, ne perdat eam diluuiio, arcum scilicet, qui appareret in nubibus, qui numquam nisi de sole resplendet. Illi enim non pereunt diluuiio separati ab ecclesia, qui in prophetis et omnibus diuinis scripturis, tamquam in dei nubibus, agnoscent Christi gloriam, et non quaerunt suam.

Gen. 9.21-27

VIII

Iam uero illud quod post diluuium de uinea quam plantauit, *inebriatus est Noe, et nudatus est in domo sua*, cui non appareat Christi esse figuram, qui *inebriatus est*, dum passus est, *nudatus est*, id est, dum crucifixus est, *in domo sua*, id est, *in gente sua*, et in *domesticis sanguinis sui*, utique Iudeis. Tunc enim nudata est mortalitas carnis eius, quam nuditatem, id est, passionem Christi, uidens Cham derisit, et Iudei Christi mortem uidentes subsanauerunt.

Sem uero et Iapheth, tamquam duo populi ex circumcisione praeputioque credentes, cognita nuditate patris, qua significabatur passio saluatoris, sumentes uestimentum posuerunt super dorsa sua, et intrantes auersi operuerunt nuditatem patris, nec uiderunt quod uerendo texerunt. Quodam enim modo passionem Christi

945 235A

950

955 235B

960

965

945 Act. 10.13 949 cf. Gen. 9.13 956 Gen. 9.21 961 cf. Gen. 9.22

944 Quod dantur - 953 quaerunt suam] Aug., *C. Faust.* 12.22, CSEL 25/1.350,13-23 955 Iam uero - 957 Christi] Aug., *C. Faust.* 12.23, CSEL 25/1.350,27-28 958 in gente sua] Aug., *C. Faust.* 12.23, CSEL 25/1.351,1 959 domesticis - Iudeis] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.500,64-65 959 Tunc enim - 960 carnis eius] Aug., *C. Faust.* 12.23, CSEL 25/1.351,1-2 963 Sem uero - tamquam] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.499,32-33 963 ex circumcisione praeputioque] cf. circumcisio et praeputium, Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.499,33 964 cognita - 967 Christi] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.499,35-39

948 uero] autem A 951 separati ab ecclesia A Aug.] om. FT 952 Christi gloriam, et non quaerunt suam] Christum T 955 Iam uero illud quod post diluuium de uinea quam plantauit, inebriatus est Noe et nudatus est FT] Coepit autem Noe post diluuium exercere terram et plantauit uineam, et inebriatus est, et nudatur A 958 id est] om. A 963 Iapheth] Iapheth FT Iafeth A 964 significabatur] significatur F 965 super] supra A Aug. 966 intrantes] intrauerunt Aug. 967 passionem] in passione Aug.

uelamento tegimus, id est, sacramento honoramus, eiusque mystri rationem reddentes, Iudeorum detractionem operimus. **Vestimentum** enim significat sacramentum, dorsa memoriam praeteritorum, quia passionem Christi transactam celebrat ecclesia, non adhuc prospectat futuram.

Medius autem frater Cham, id est, impius populus Iudeorum (ideo medius, quia nec primatum apostolorum tenuit, nec ultimus in gentibus credit) uidit nuditatem patris, quia consensit in necem domini saluatoris. Post haec nuntiavit foras fratribus. Per eum quippe manifestatum est, quod erat in prophetia secretum. Ideoque fit seruus fratrum suorum. Quid est enim aliud hodie gens ipsa, nisi quaedam scrinaria christianorum, baiulans legem et prophetas ad testimonium assertionis ecclesiae, ut nos honoremus per sacramentum, quod nuntiant illi per litteram? Post haec benedicuntur duo illi qui nuditatem patris honorauerunt.

Benedictus, inquit, *dominus deus Sem, sit Chanaan puer illius. Dilatet deus Iapheth, et habitet in tabernaculis Sem*. Hic Sem maior natu ipse est, ex quo patres et prophetae et apostoli generati sunt. *Iapheth* autem gentium est pater, qui etiam *latitudo interpretatur*. Cum ingenti enim multitudine dilatatus est populus ex gentibus, qui cum prophetis et apostolis erat habitatus. Siquidem et uidimus iuxta Noe patris propheticam benedictionem, in tabernaculo Sem transisse habitationem Iapheth, hoc est, in domo legis et prophetarum ecclesiam potius iustificari, minorem quidem temporum eius, sed gratiae lege maiorem.

Cham porro, qui interpretatur callidus medius filius, tamquam ab utroque discretus, nec in primitiis Israelitarum, nec in plenitude gentium permanens, significat non solum Iudeorum, sed

970 *235D*

236A

975

980

985
236C

990

995

983 Gen. 9.27

968 uelamento - honoramus] Aug., *C. Faust.* 12.23, CSEL 25/1.351,10 969 Vestimentum - 972 futuram] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.499,40-44 973 Medius autem - 981 per litteram] Aug., *C. Faust.* 12.23, CSEL 25/1.351,11-20 981 benedicuntur - 982 honorauerunt] Aug., *C. Faust.* 12.24, CSEL 25/1.351,22-23 986 Iaphet - interpretatur] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.498,9 bis 993 Cham porro - 998 sanctorum] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.498,9-499,15

972 adhuc prospectat futuram] expectat futuram *A* 981 Post haec] Interea *A* 983 Chanaan] Cain *A* Cham *F* Canaan *T* 993 porro] uero *F*

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
 Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

haereticorum genus callidum, non spiritu sapientiae, sed impatientiae, quo solent haereticorum fere primordia, et pacem perturbare sanctorum.

Sed et omnes qui christiano uocabulo glorianter, et perdite uiuunt, ipsius figuram gestare uidentur. Passionem quippe Christi, quae illius hominis nuditate significata est, et adnuntiant bene profitendo, et male agendo exhortantur. De talibus ergo dictum est, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Ideo et Cham in filio suo maledictus est, tamquam in fructu suo, id est, in opere suo. Vnde conuenienter et ipse filius eius Chanaan interpretatur motus eorum. Quod aliud quid est quam opus eorum?

Item quod, Cham peccante, posteritas eius damnatur, significat quod reprobi hic quidem delinquunt, sed in posterum, id est, in futurum, sententiam damnationis excipiunt. Sed et plebs iudea, quae dominum crucifixit, etiam in filiis poenam damnationis suae transmisit. Dixerunt enim, *Sanguis huius super nos et super filios nostros.*

Benedictis igitur duobus filiis Noe atque uno eorum medio maledicto, deinceps generationes eorum texuntur, ex quibus septuaginta duae gentes sunt ortae, id est, quindecim de Iapheth, triginta de Cham, uiginti septem de Sem.

Gen. 10.8-11.9

IX

Primus autem post diluvium inter omnes Nebroth filius Chus noua imperii cupiditate tyrannidem arripuit, regnauitque in Babylonia, quae ab eo, quod ibidem confusae sunt linguae, Babel appellata est, quod interpretatur confusio.

236D

1000

237A

1005

1010

237B

1015

1020

1003 Mt. 7.16 1011 Mt. 27.25 1018 Gen. 10.8 1020 cf. Gen. 11.9

999 omnes - 1006 opus eorum] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.499,24-32 1008 in posterum - 1011 filios nostros] cf. Isid., *Alleg.* 16, PL 83,103A 1013 Benedictis - 1014 deinceps] Aug., *De ciu. dei* 16.2, CCSL 48.500,79-80 1014 septuaginta duae gentes] cf. Aug., *De ciu. dei* 16.3, CCSL 48.501,7; 502,46; 503,81; Isidorus, *Ety.* 9.2.2: Gentes autem a quibus diuisa est terra LXXIII ... uel ... septuaginta duae 1018 Nebroth - 1021 confusio] Hier., *Hebr. quae.*, CCSL 72.13,12-16

996 haereticorum genus callidum, non spiritu sapientiae, sed impatientiae, quo solent] haereticorum genus callidum, non spiritu sapientiae, sed impatientiae, quo solent haereticorum genus callidum, non spiritu sapientiae, sed impatientiae, quo solent *F* 1008 quod] quia *A* 1009 iudea] iudaica *T* 1018 omnes] homines *T*

Cuius aedificandae turris idem Nebroth exstitit auctor, quique pro eo quod ultra naturam suam caeli alta penetrare contendit, non incongrue diabolo comparatur, qui cogitatione cordis sui intumes- cens, super sidera exaltare se uoluit, id est, super omnem potesta- tem angelorum, deo se coaequare disponens, dum dicit, *Ascendam super altitudinem nubium, et ero similis altissimo.*

^{237C}

1025

Quod autem dicitur *uenator*, quid significatur hoc nomine, nisi animarum terrigenarum deceptor et capiens homines ad mortem?

1030

Turris eius superbia huius mundi est, uel impia dogmata haereti- corum, qui postquam *moti sunt ab oriente*, id est, a *uero lumine recesserunt*, et *uenerunt in campum Sennaar*, qui *interpretatur excussio dentium*, statim *aduersus deum impietatis suaे aedificant turrim*, ac *dogmatum superbiam nefario usu configunt*, uolentes curiositate non licita ipsius caeli alta penetrare. Sed sicut illi per superbiam ab una lingua in multis diuisi sunt, ita et haeretici, ab unitate fidei confessione segregati, *inter se diuersitate erroris*, quasi *per dissonantiam linguae*, inuicem secernuntur, et *quos armat aduersus deum elatae conspirationis perniciosa consensio*, rursus, intercedente dogmatum discordia, diuidit oborta repente confusio.

^{237D}

1035

Quos quidem ipsa trinitas damnat, in quam offendunt, ipsa eos dispergit, dum dicit, Venite et confundamus linguas eorum, in uarie- tate utique erroris, siue schismatum.

238A

Eo autem tempore, quando linguarum facta est uarietas, in sola domo Heber, quae antea fuit, lingua remansit. Nunc quoque in sola ecclesia, quae est domus Christi, unitam esse confessionis et fidei pacem, diuisis omnibus reprobis et dispersis, agnoscimus. Restat deinde de actibus Abrahae, uel de his quae illi repromiserit dominus, exponendum.

1040

1045

238B

1027 Is. 14.14 1028 Gen. 10.9 1030 Gen. 11.4 1042 Gen. 11.7

1028 uenator - 1029 deceptor] Aug., *De ciu. dei* 16.4, CCSL 48.505,51-53 1031 postquam - 1032 recesserunt] Hier., *Ep. 21.8*, CSEL 54.119,4-5 1032 uenerunt - 1033 dentium] Hier., *In Isaiam 2.5*, CCSL 73.69,16-17 1033 aduersus deum - 1035 penetrare] Hier., *Ep. 21.8*, CSEL 54.119,5-7 1037 diuersitate - 1039 consensio] cf. Cass., *Conl. 4.12*, CSEL 13.108,26-109,3 1045 domo - remansit] Aug., *De ciu. dei* 16.11, CCSL 48.513,7-8

1028 autem] *om. A* 1028 uenator] idem uenator *A* 1030 uel] elatio uel *A* 1036 multis] multis linguis *A* 1040 diuidit] ruit *A*

Gen. 12.1-11

X

Locutus est enim ei dominus, *Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui.* Quis autem alius exiit in Abraham de terra sua et de cognitione sua, ut apud exteros locupletaretur, et esset in gentem magnam, nisi Christus, qui, relicta terra et cognitione Iudeorum, praepolleat nunc, ut uidemus, in populis gentium?

Sed et nobis ad exemplum Christi exeundum est *de terra* nostra, id est, de facultatibus mundi huius operibusque terrrenis, et *de cognatione* nostra, id est, de conuersatione et moribus uitiisque prioribus, quae nobis a nostra natuitate cohaerentia, uelut affinitate quadam et consanguinitate coniuncta sunt, siue *de domo patris* nostri, id est, omni memoria mundi, ut ei renuntiantes possimus in populo dei dilatari, et in terram caelestis repromotionis, cum tempus aduenerit, introduci.

Duae autem repromotiones Abrahae dantur, una per quam terram Chanaan possessurum semen eius promittitur, dum dicit deus, *Vade in terram quam demonstrauero tibi, faciamque te in gentem magnam.* Aliam uero longe praestantiorum, non de carnali, sed de spiritali semine, per quod pater est, non unius gentis Israeliticae, sed omnium gentium quae fidei eius uestigia consequuntur, quod promitti coepit his uerbis, *Et benedicentur in te uniuersae cognationes terrae.* Egressus autem Abraham de Carra uenit ad Sichem, acceptoque secundo oraculo de promissione terrae ipsius, aedificauit altare. Et profectus inde habitauit in heremo atque inde famis inopia pulsus, descendit in Aegyptum, ubi uxorem suam esse dixit sororem. Nec mentitus, quia propinquia erat sanguine.

1051 Gen. 12.1 1061 Gen. 12.1 1067 Gen. 12.1-2 1071 Gen. 12.3 1072 Gen. 12.7 1075 Gen. 12.11

1052 Quis - 1055 uidemus] Aug., *C. Faust.* 12.25, CSEL 25/1.353,28-354,3 1057 de terra - 1062 memoria mundi] Cass., *Conl.* 3.6, CSEL 13.73,16-21 1065 Dueae - 1072 terrae] Aug., *De ciu. dei* 16.16, CCSL 48.520,1-521,18 1072 Egressus - 1073 oraculo] Aug., *De ciu. dei* 16.18, CCSL 48.522,1; 3-5 1073 aedificauit - 1076 sanguine] Aug., *De ciu. dei* 16.18, CCSL 48.522,1-4

1051 Locutus est] Dicit *F* Locutus est *A* Loquutus est *T* 1051 ei] illi *F* 1058 operibusque] opibusque *Arevalo* 1065 repromotiones] promissiones *T* 1069 unius] huius *A* 1071 uniuersae cognitiones terrae] omnes tribus terrae Aug. 1072 Charra *F* terra *A* terra, hoc est, de Carra *T* 1075 esse dixit] dixit esse *F* 1076 mentitus] mentitus est *A* 1076 erat] ei erat *F*

1050

1055

1060 ^{238C}

1070

^{238D}1075 ^{239A}

Quam tamen Pharao rex Aegypti uxorem uolens accipere, grauissimis territus monstris multisque propter eam malis afflictus, ubi eius esse diuinitus uxorem didicit, confestim illaesam cum honore restituit.

[In Sarra enim Christi praefigurabatur ecclesia, quam uiolare infidelitatis error non poterat, quia *sine macula est et ruga*. Monstra autem quibus Pharao territus est, uirtus miraculorum est, quae dum mundus aspicit confusus obstupuit.]

Hoc itaque cum de Abimelech dicere coeperimus, exponemus. 1085

Gen. 13.1, 14.18

XI

Reuerso igitur Abraham ex Aegypto, unde uenerat, tunc Loth fratri filius in terram Sodomorum salua caritate discessit, uitans discordiam, quia diuites facti erant, et pastores eorum inuicem rixabant. Permansit autem Abraham in terra Chanaan, habitauitque iuxta quercum Mambre. Deinde a quinque regibus, qui Sodomis irruerant, captum Loth liberat, habens secum in proelio trecentos decem et octo uernaculos.

Sed quid haec uictoria Abrahae de quinque regibus indicabat, quos ille fidei pater mysterio superauit, nisi quod fides nostra, si confirmata sit in spiritu principali, totidem corporis nostri sensus uerbo dei subigat? Nam sicut ille de proximo in regibus uictor, ita et fides pro anima uictrix, de exteriore homine triumphauit. Quod uero ille non multitudine, nec uirtute legionum, sed tantum trecentis decem et octo comitantibus aduersarios principes debellauit, iam tunc in sacramento crucis, cuius figura per tau litteram graecam numero trecentorum exprimitur, imaginabatur, quod nos Christi passio liberaret a dominatu quinque carnalium sensuum, qui nos antea uariis uitiis captiuantes exsuperauerant.

Reuertenti igitur a caede hostium Abraham occurrit ei mox 1105

1082 Eph. 5.29 1087 Gen. 13.1 1090 Gen. 13.12 1090 Gen. 13.18 1105 cf. Heb. 7.1

1077 Pharao - 1080 honore restituit] Aug., *C. Faust.* 22.33, CSEL 25/1.627,26-28 1085 Vide cap. xvi. 1087 Reuerso - 1089 rixabant] cf. Aug., *De ciu. dei* 16.20, CCSL 48.523,1-3 1090 Permansit - 1093 uernaculos] Aug., *De ciu. dei* 16.22, CCSL 48.524,2-7 1095 quos ille - 1102 exprimitur] Paul. Nol., *Ep.* 24.23, 222,16-223,2 1102 cf. Ambr., *Abraham* 2.7, CSEL 32.596,6

1077 Pharao] Farao *AFT* 1081 In Sarra - 1084 obstupuit *A*] *om. alii* 1085 Hoc itaque - exponemus *T* (*in mg.*) *F*] *om. A* 1092 trecentos decem et octo] CCXVIII *A* CCCS et octo *F* tricentos decem et VIII *T* 1094 indicabat] uindicabat *F* 1095 pater] pater numero *A* 1095 pater] pater numero *A* 1101 tau *A*] *om. F*

1080

239B

1090

1095

1100 239C

Melchisedech, rex Salem sacerdos dei, inenarrabili parente progenitus, benedixitque Abraham, offerens panem et uinum in sacrificium deo. Hunc **Melchisedech apostolus** Paulus *sine patre et sine matre* commemorans, figuraliter refert ad Christum. Ipse est enim solus de patre sine matre genitus per diuinitatem, ipse de matre sine patre per humanitatem. Ipse quoque sacerdos aeternus, ad quem dicitur, *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Vtique propter mysterium sacramenti, quod christianis celebrare praecepit, ut non secundum Aaron pecudum uictimas, sed oblationem *panis et uini*, id est, corporis et *sanguinis* eius sacramentum, in sacrificium offeramus. Quod uero patriarcha magnus **decimas** omnis **substantiae suaे** Melchisedech sacerdoti post benedictionem dedit, sciens spiritualiter melius sacerdotium futurum in populo gentium quam Leuiticum, quod in Israel de ipso erat nasciturum futurumque, ut **sacerdotium ecclesiae habentis praeputium benedicet** in Abraham **circumcisio sacerdotium synagogae.** Qui enim benedicit, maior est quam qui benedicitur. Vnde et sacerdotes ex semine Abrahae nati fratres suos benedicebant, id est, populum Israel, quibus illi decimas secundum legis mandatum dabant, uere ut maioribus et eminentioribus suis. Nomen autem ipsum Melchisedech rex pacis, uel **rex iustitiae** interpretatur, quod bene refertur ad Christum. Ipse est enim rex pacis, quia per ipsum reconciliamur deo. Ipse est rex iustitiae, quia ipse ueniet, ut discernat sanctos ab impiis. Idem quoque unus et sacerdos et rex, quia ad redemtionem omnium hostiam deo patri se ipsum obtulit, et ut uerus rex in praesenti saeculo populum suum regit, et in futuro iudicabit.

1110 240A

1115

1120 240B

1125

1130

240C

1106 Gen. 14.18 1108 Heb. 7.3 1112 Ps. 109.4, cf. Heb. 5.6 1114 cf. Heb. 7.11 1122 cf. Heb. 7.2 1126 cf. Heb. 7.2 1127 cf. Col. 1.20

1108 Melchisedech - 1109 Christum] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.19,17-19 1109 Ipse est - 1111 humanitatem] Ambr., *Myst. 8.46*, CSEL 73.108,36-38 1115 sed oblationem - *sanguinis*] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.19,28-29 1117 decimas omnis substantiae suaे] Hier., *Ep. 73.6*, CSEL 55.20,6 1120 sacerdotium - 1122 synagogae] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 7.19,23-24 1126 rex iustitiae] Hier., *Hebr. nom.*, CCSL 72.69,1-2

1108 et] *om. FT* 1121 in] *om. A*

Gen. 15.1-17

XII

Post hanc uictoram factum est uerbum domini ad Abraham in uisu, dum esset de posteritate sollicitus, et sibi uideret non nasci filium, et tamen semini suo factam promissionem teneret, statim fit illi duplex figura promissi seminis eius, id est, in similitudinem harenae maris, uel in multitudinem stellarum caeli futura. Eiciens ergo Abraham deus foris, ostendit illi stellas caeli, dicens, *Sic faciam semen tuum*, id est, christianam gentem, cuius tu pater in fide subsistis, sic faciam resurrectionis lumine coruscare. Deinde demonstrauit illi harenam maris, et dixit, *Sic erit in multitudine semen tuum*, hoc est, erit quidem copiosa gens Iudeorum, sed sterilis et infecunda sicut harena manebit. Post haec cum repromitteret ei deus, quod esset possessor repromiseonis terrae futurus, signum petit, per quod agnosceret, non quasi dubitans an fieret, sed quomodo futurum esset exquires. Cui dominus hanc similitudinem proposuit, *Sume, inquit, mihi uaccam triennem, et capram trimam, et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam. Tollens* igitur Abraham *uniuersa haec, diuisit ea per medium, et utrasque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit. Descenderuntque uolucres super cadauera, et abigebat eas Abraham. Cumque sol occubisset, pauor irruit super Abraham et horror magnus et tenebrosus inuasit eum. Apparuitque clibanus fumans et ignis transiens inter media illa quae diuisa erant. Dictumque est ei, Cognoscendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, et seruiet, et affligetur, et cetera.*

Iste est itaque modus promissi seminis Abraham, et ista est figura. Per iuuencam, id est, *uaccam* enim significata est plebs posita sub iugo legis. Per *capram*, eadem plebs peccatrix futura. Per *arietem*, eadem plebs etiam regnatura quae animalia ideo trima dicuntur, quia per articulos temporum ab Adam usque ad Noe et inde usque ad Abraham et inde usque ad Dauid, tamquam tertiam etatem gerens ille populus adoleuit.

1134 Gen. 15.1-17 1139 Gen. 15.5 1142 cf. Gen. 22.17 1148 Gen. 15.9-12 1154
 Gen. 15.17 1155 Gen. 15.13

1134 factum - 1135 sollicitus] Aug., *De ciu. dei* 16.23, CCSL 48.525,1-3 1135 sibi uideret - 1136 teneret] Aug., *C. Faust.* 22.32, CSEL 25/1.626,8-9 1148 Sume - 1157 affligetur] cf. Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.525,5-526,14 1159 Per iuuencam - 1164 adoleuit] Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.527,42-53

1135 filium] filios Aug. 1149 igitur] ergo A

1135

1138-1144
Victorinus

1140

241A

1145

1150

241B

1155

1160

241C

Per *turturem et columbam*, spiritales in eo populo figurati sunt, indiuidui filii promissionis et haeredes regni futuri, quorum aetas temporalis ideo tacetur, quia aeterna meditantes transgressi sunt desideria temporalia. Sed quid est quod animalia illa tria diuiduntur aduersus se inuicem partibus constitutis, nisi quod carnales et in populo ueteri, et nunc inter se diuiduntur? Porro aues idcirco non diuiduntur, quia spiritales indiuidui sunt. *Schisma non cogitant, non seducuntur ab haereticis, sed pax est semper in ipsis.* Siue a turbis se remoueant, ut turtur, siue inter illas conuersentur, sicut columba, utraque tamen aus est habens simplicitatem et innocentiam.

Volucres autem descendentes super corpora quae diuisa erant, spiritus immundi significantur, pastum quemdam suum de carnarium diuisione quaerentes. Quod autem illis considens Abraham abigebat eas, significat multos carnales merito sanctorum in fine mundi ab angustiis liberandos. Quod autem circa solis occasum *pauor irruit in Abraham et horror magnus et tenebrosus*, significat circa huius saeculi finem magnam perturbationem ab Antichristo in sanctis futuram, de qua dominus in euangelio dicit, *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio.*

Quod uero adiungitur, *Cum occubuisse sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumans et lampas ignis transiens inter media illa quae diuisa erant, significat post finem saeculi futurum diem iudicii, quando per ignem segregabuntur sanctorum populi et iniquorum.* Quod uero dictum est ad Abraham, *Sciendo scies*

1181 Gen. 15.12 1183 Mt. 24.21 1185 Gen. 15.17 1189 Gen. 15.13

1165 spiritales - 1166 regni] Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.527,52, 59 1166 quorum aetas - 1168 temporalia] Aug., *En. in Ps.* 103.3, CCSL 40.1503,31-33 1169 aduersus - constitutis] Aug., *En. in Ps.* 103.3, CCSL 40.1503,26 1169 carnales - 1170 diuiduntur] Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.527,54 1171 schisma non cogitant] Aug., *En. in Ps.* 103.3, CCSL 40.1503,51 1172 non seducuntur - ipsis] Aug., *En. in Ps.* 103.3,5, CCSL 40.1504,63 1172 siue a turbis - 1174 innocentiam] Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.527,55-57 1176 autem descendentes - 1184 initio] cf. Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.527,60-69 1185 Quod uero - 1188 per ignem] Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.528,103-111 1189 Quod - 1191 annis] Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.527,70-76

1165 figurati] significati F 1172 pax est semper] semper pax est F 1173 se remoueant] remoueantur F 1178 considens] considerantibus F consedit Aug. 1185 Cum - 1187 diuisa erant] Cum autem iam sol erat ad occasum, flamma facta est, et ecce fornax fumabunda et mapades ignis, quae pertransierunt per media diuisa illa Aug.

1165

1170

1175

^{241D}

1180

^{242A}

1185

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, et in seruitutem redigent eos, et affligerent eos quadringentis annis, hoc de populo Israel qui erat in Aegypto seruiturus, apertissime prophetatum est. Non quod sub Aegyptiis quadringentis annis seruierint, sed *quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est, qui computatur ab illo tempore quo ista Abrahae promittuntur.*

1190

242B

1195

Gen. 17.10-16

XIII

Iam tunc propter peregrinationem futuram, ne commisceretur semen eius inter gentes, datur ei circumcisio in signum his uerbis, *Circumcidetur ex uobis omne masculum. Infans octo dierum circumcidetur in uobis, tam uernaculus quam emptitius circumcidetur.* *Masculus autem, cuius praeputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.* Sed et Sarrai non appellabitur Sarrai, sed Sarra, et dabo tibi ex ea filium, et benedicam illum, et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt. Hic iam declaratur *promissio de uocatione gentium in Isaac filio promissionis*, id est, gratia, non natura, quia de sene patre et sterili matre. Et quia hoc non per generationem, qui est Ismahel, sed per regenerationem futurum erat, a deo ibidem *imperata est circumcisio, quando de Sarra promittitur filius* in typo ecclesiae, non quando Ismahel, qui typum tenuit Iudeorum. Sed *quid aliud circumcisio significat, nisi renouatam naturam per baptismum post spolationem ueteris hominis?* Et quis est *octauus dies*, nisi Christus, qui hebdomada completa, hoc est, post sabbatum resurrexit? Quod uero non solum filios, sed et seruos, uernaculos et emptitios, circumcidi praecepit, ad omnes gratiam redemptionis pertinere testatur. Ibi parentum mutantur et nomina, ut *omnia resonent nouitatem.* Nam Abram, quod antea uocabatur, interpre-

1200

1205 242C

1210

1215

242D

1199 Gen. 17.10-16

1193 quoniam - 1195 promittuntur] Aug., *De ciu. dei* 16.24, CCSL 48.528,81-85 1204 Hic iam - 1206 sterili] Aug., *De ciu. dei* 16.26, CCSL 48.530,47-49 1207 Et quia - 1209 filius] Aug., *De ciu. dei* 16.26, CCSL 48.531,52-54 1210 quid aliud - 1217 nouitatem] Aug., *De ciu. dei* 16.26, CCSL 48.531,58-60, 54-56, 60-61 1217 Abram - 1218 excelsus] Aug., *De ciu. dei* 16.28, CCSL 48.533,12-13

1193 quadringentis] CCCC F 1195 quo] ex quo A 1197 Iam tunc] Peracto igitur Abraham in figuram futuri seminis F 1202 Sarrai AT] Sarai F 1203 Sarrai A] Sarai FT 1212 spolationem] expoliationem T 1215 ad] et ad F 1216 Ibi] Vbi F

tatur pater excelsus. Abraham autem pater gentium, quo nomine praenuntiabatur, quod multae gentes fidei eius uestigia sequerentur.

Illud autem quid sit, quod dictum est, *Masculus qui non circumcidetur octaua die, peribit anima illa, quia pactum meum irritum fecit?* Cur autem pereat anima paruuli incircumcis, dum ipsa pactum dei irritum non fecerit, sed qui eum circumcidere neglexerunt, nisi ut significaret quod paruuli non secundum opus, sed secundum originem in primo homine pactum dei dissipauerunt, in quo omnes peccauerunt? Nascuntur enim omnes non proprie, sed originaliter peccatores. Quem nisi regeneratio liberet, peribit anima eius de populo suo, quia pactum dei irritum fecit, quando in Adam originaliter etiam ipse peccauit.

1220

243A

1225

1230

243B

1235

1240

243C

Gen. 18.1-10

XIV

Deinde apparuit dominus Abrahae in conualle Mambre sedenti ad ostium tabernaculi. Cumque leuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri stantes iuxta eum. Quos cum uidisset, adorauit, et ait, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, lauentur pedes uestri, et requiescite sub arbore. Et abiit Abraham ad Saram, et iussit eam ex tribus satis facere subcinericios panes, quos apposuit illis cum uitulo quem parauerat, similiter et lac et butyrum. Ipse uero stabat iuxta eos sub arbore. Cumque comedissent, dixerunt ad eum, Vbi est Sarra uxor tua? At ille, Ecce, inquit, in tabernaculo est, cui dixit, Reuertens ueniam ad te tempore isto, et habebit filium Sarra uxor tua. Quo audito Sarra risit.

Notandum quippe quod Abraham triplicem habeat figuram in semetipso. Primam saluatoris, quando relicta cognatione sua uenit in hunc mundum, alteram patris, quando immolauit unicum filium,

1220 Gen. 17.14 1225 cf. Rom. 5.12 1231 Gen. 18.1-4 1236 Gen. 18.6 1237
Gen. 18.8-10

1218 pater gentium - 1219 sequerentur] Aug., *De ciu. dei* 16.16, CCSL 48.520,15-17 1222 Cur autem - 1226 peccauerunt] cf. Aug., *De ciu. dei* 16.27, CCSL 48.531,5-10 1226 Nascuntur - 1227 peccatores] Aug., *De ciu. dei* 16.27, CCSL 48.532,22-23 1227 nisi regenerato - 1229 peccauit] Aug., *De ciu. dei* 16.27, CCSL 48.532,31-35 1242 Abraham - 1243 saluatoris] Greg. Illib., *Tract. 2.2*, CCSL 69.13,9-10, cf. Greg. Illib., *Tract. 2.16*, CCSL 69.16,117-118: Abraham duplicem figuram populi qui ex se futurus erat in semetipso portabat

1222 Cur] Quur A 1223 fecerit] fecit T 1226 enim omnes T] enim A omnes F 1232 ei A] om. FT 1244 unicum] unigenitum unicum T

tertiam uero, quae hoc loco est, figuram gestauit sanctorum, qui aduentum Christi cum gaudio suscepserunt. Tabernaculum autem illud Abrahae typum Hierusalem habuit, ubi pro tempore prophetae et apostoli habitauerunt. Vbi et primum dominus adueniens a credentibus exceptus, ab incredulis in ligno suspensus est.

In tribus autem uiris qui uenerunt ad illum, domini Iesu Christi praenuntiabatur aduentus, *cum* quo duo angeli comitabantur quos plerique Moysen et Heliam accipiunt, unum priscae legis latorem, qui per eamdem legem aduentum domini indicauit, alium, qui in fine mundi uenturus est, denuntiatur secundum aduentum Christi, atque eius euangelium Iudeis praedicaturus. Vnde et *in monte* dum dominus fuisset transfiguratus, hii duo, Moyses et Helias, cum eo *ab apostolis uisi* sunt.

Quod uero Abraham tres uidens, unum adorauit, dominum scilicet saluatorem ostendit, cuius etiam et aduentum est praestolatus, iuxta quod et *in euangelio* dominus ait, *Abraham quaesuit uidere diem meum, uidit et gauisus est*. Tunc enim futuri aspexit mysterium sacramenti. Vnde et pedes eorum lauat, ut in extremo mundi lauacri purificationem demonstraret futuram. Pedes enim nouisima significant.

Siquidem et conuiuum praeparat, uitulum scilicet saginatum. Iste autem *uitulus tener saginatus domini* Iesu Christi est corpus, qui *propter salutem credentium ad arborem crucis est immolatus*. *Hic est uitulus dominici corporis, qui in euangelio pro peccatore*

1256 cf. Mt. 17.3 1260 Io. 8.56 1268 Lc. 15.23

1245 figuram - 1246 suscepserunt] Greg. Illib., *Tract. 2.28*, CCSL 69.19,230-231 1246 Tabernaculum - 1248 habitauerunt] Greg. Illib., *Tract. 2.9*, CCSL 69.14,63-66 1248 Vbi et primum - 1249 suspensus est] Greg. Illib., *Tract. 2.28*, CCSL 69.19,232-234 1251 cum - comitabantur] Greg. Illib., *Tract. 2.11*, CCSL 69.14,79 1252 Moysen - 1255 praedicaturus] Greg. Illib., *Tract. 2.11*, CCSL 69.15,80-83 1255 *in monte* - 1257 *uisi sunt*] Greg. Illib., *Tract. 2.12*, CCSL 69.15,86-87 1260 *in euangelio* - 1261 *gauisus est*] Greg. Illib., *Tract. 2.14*, CCSL 69.15,105-107 1262 *pedes*] cf. Greg. Illib., *Tract. 2.14*, CCSL 69.15,111-112 1266 *uitulus* - 1267 *immolatus*] Greg. Illib., *Tract. 2.18*, CCSL 69.16,139-141 1268 *Hic - 1269 filio*] Greg. Illib., *Tract. 2.18*, CCSL 69.16,145-147

1246 Christi] domini A 1247 pro om. A 1248 habitauerunt] praedicauerunt F 1250 In tribus] Tres F 1251 quo duo angelii] domino Greg. Illib. 1256 dum] cum F 1257 Helias AT] Elias F 1259 ostendit] ostendens T 1261 gauisus] exhibitaratus Greg. Illib. 1266 domini] domini nostri F

- occiditur filio.** Sed et butyrum et lac cum carne uituli apposuit. **Lac** quippe priscae legis habuisse figuram **Apostolus noster adnuntiat** dicens, *Lac uobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, nec adhuc quidem potestis.* Tradiderat enim illis legis mandatum, quasi lac de uberibus duarum tabularum expressum, hoc est, testamentum fidei. Necdum enim poterant propter infantiam sensus sui euangelicae doctrinae solidam et robustam escam accipere. Butyrum autem uberrimum et pinguissimum euangeliorum est testimonium, quod ueluti oleum fidelibus in signum datur. Sed proinde uitulum cum lacte et butyrum Abraham edendum apposuit, quia nec corpus domini, quod est uitulus sine lacte legis, nec lac legis sine butyro, hoc est, sine euangelii testimonio esse potest.
- Tria autem sata,* unde Sarra panes subcinericos fecit, trium filiorum Noe imaginem indicauerunt, ex quibus omne genus hominum natum est, qui diuinae trinitati credentes, ex aqua baptismatis per ecclesiam, cuius imago Sarra erat, conspargendi essent, et in uno pane Christi corporis redigendi. Haec sunt illa *tria sata*, quae mulier in euangilio cognoscitur fermentasse.
- Azymi** autem panes, eo quod **sine fermento malitia** et **sine rancore nequitiae, sine ferore peruersae doctrinae oporteat esse credentium unitatem.** Subcinericii autem ideo, ut per paenitentiam praeteritorum delictorum spiritus sancti uapore decocti, uelut esca beneplacita deo acceptabiles efficiantur. Sub arbore autem eos sedisse, passionis dominicae erat signum, cuius ipsi sunt praedicatorum.
- Quod autem promittit deus Sarrae sterili filium, dicens, *Circa tempus hoc ueniam,* non de temporibus significat, sed de qualitate aduentus sui, quando per filium repromissum fidelis populus

1271 1 Cor. 3.2 1281 cf. Gen. 18.6 1286 Mt. 13.33, Lc. 13.21 1294 Gen. 18.10

1269 Lac - 1275 accipere] Greg. Illib., *Tract. 2.19*, CCSL 69.16,149-17,157 1276 Butyrum - 1280 potest] Greg. Illib., *Tract. 2.19*, CCSL 69.18,189-195 1281 unde - 1285 redigendi] Greg. Illib., *Tract. 2.29*, CCSL 69.19,236-242 1287 Azymi - 1289 unitatem] Greg. Illib., *Tract. 2.26*, CCSL 69.18,214-215 1289 Subcinericii - 1291 efficiantur] Greg. Illib., *Tract. 2.30*, CCSL 69.19,247-249

1270 noster *AT*] nobis *F* 1271 escam] cibum *Greg. Illib.* 1271 nondum] necdum *Greg. Illib.* 1292 erat signum] erant signa *A*

nasciturus. Ista est enim Sarra sterilis, cui per prophetam dominus dicit, *Laetare, sterilis, quae non paris, erumpe et exclama, quae non parturis, quoniam plures filii desertae magis quam eius quae habet uirum.* Risus autem Sarrae non est dubitatio, sed propheta. Qui risus duplicum habet significantiam, siue quod risus esset futurus incredulis Christus, siue quod omnes inimicos in iudicio suo esset risurus. Vnde et ipse qui natus est de Sarra, risus nomen accepit. Isaac enim ex Hebraea lingua in latinum sermonem risus interpretatur.

Deinde rursum idem Isaac filius promittitur futurus *in gentem magnam, et benedicentur in eo omnes gentes terrae.* Quibus uerbis duo historialiter illi promissa sunt, gens Iudeorum secundum carnem et omnes gentes secundum fidem.

Gen. 19.20

XV

Post hanc promissionem uertitur in cinerem Sodoma, liberato Loth cum filiabus suis. Sed quid significat *quod a quinquaginta iustis usque in decem, si inuenirentur* in Sodomis, dixerit dominus urbem esse saluandam? Numerum quippe quinquagenarium propter paenitentiae signum posuit, si forte conuerterentur et saluarentur. *Quinquagenarius* enim *numerus semper ad paenitentiam refertur.* Vnde et Dauid in eodem numero psalmum scripsit paenitentiae.

Proinde quando aspicit deus delinquentium uitam, nequaquam uelle reuerti ad paenitentiam, quam quinquagenarius numerus praefigurat, confessim ardorem immoderatae luxuria compescit igne gehennae. Vsque ad decem autem iustos non perire Sodomam

1298 Is. 54.1 1306 Gen. 22.18 1313 cf. Gen. 18.26

1297 Sarra - 1300 uirum] Greg. Illib., *Tract. 3.10*, CCSL 69.22,79-84 1300 Qui risus - 1302 incredulis] Greg. Illib., *Tract. 3.11*, CCSL 69.22,86-87 1303 Vnde - 1304 interpretatur] Greg. Illib., *Tract. 3.11*, CCSL 69.22,93-95 1306 rursum - 1309 fidem] Aug., *De ciu. dei* 16.29, CCSL 48.535,45-50 1311 Post hanc - promissionem] Aug., *De ciu. dei* 16.30, CCSL 48.535,1 1311 liberato - 1312 suis] cf. Aug., *C. Faust. 22.5*, CSEL 25/1, 594.16-17 1312 quod - 1317 paenitentiae] cf. Hier., *In Isaiam 2.3*, CCSL 73.44,14-15, 9-10, 20-21

1297 Ista est enim] Est enim ista A 1298 paris] parias A 1302 in] om. F 1306 promittitur] promittitur Abrahae A 1307 benedicentur] benedici A 1308 Iudeorum] Israel Aug. 1312 quinquaginta] L F 1313 dixerit] dixit F 1316 numerus A] om. FT 1320 numerus] numerus ipse A 1321 confessim] om. A

244D

1300

245A

1305

1310

1315

245B

1320

dixit, quasi in quolibet per decem praceptorum custodiam Christi nomen inueniatur, iste non perit. Denarii enim numeri figura crucem Christi demonstrat. Nam et quod quinque sint ciuitates, quae imbris igneis conflagratae sunt, illud, nisi fallor, significat quod omnes qui quinque sensus corporis sui libidinose tractauerint, in illo futuro incendio concrematuri sunt.

Ipse autem *Loth frater Abraham iustus et hospitalis in Sodomis, qui ex illo incendio, quod erat similitudo futuri iudicii, meruit saluus euadere, typum figurabat corporis Christi, quod in omnibus sanctis et nunc inter iniquos atque impios gemit, quorum factis non consentit, et a quorum permixtione in saeculi fine liberabitur, illis damnatis suppicio ignis aeterni. Vxor autem eius eorum scilicet genus figurauit, qui per gratiam dei uocati retro respiciunt et ad ea quae reliquerant redire contendunt. De quibus ipse dominus, Nemo, inquit, ponens manum suam super aratrum, et respiciens retro, aptus est regno dei.*

Vnde et illi prohibetur retro respicere, per quod ostenderet, non esse redeundum ad ueterem uitam, qui per gratiam regenerati ultimum cupiunt euadere iudicium. Quod uero eadem respiciens remansit et in salem conuersa est, exemplum praestat ad conditum fidelium, unde alii saliantur.

Nam nec ipsum tacuit Christus dicens, *Mementote uxoris Loth, scilicet ut nos tamquam sale condiret, ut non tamquam fatui negligenteremus, sed prudentes caueremus. Hoc enim et illa admonuit, cum in statuam salis conuersa est.*

Illud uero notandum quod ipse Loth, ardente Sodomam fugiens, Segor uenit, et nequaquam ad montana concendit. Ardente quippe Sodomam fugere est, illicita carnis incendia, uel mundi desideria declinare. Altitudo uero est montium speculatio perfectorum, sed quia multi sunt iusti, qui mundi quidem illece-

1337 Lc. 9.62 1344 Lc. 17.32

1329 Loth frater - 1338 dei] Aug., *C. Faust.* 22.41, CSEL 25/1.634,5-17 1339 prohibetur - 1343 fidelium] Aug., *De ciu. dei* 16.30, CCSL 48.535,6-11 1344 tacuit - 1347 conuersa est] Aug., *C. Faust.* 22.41, CSEL 25/1.634,17-20 1348 ardente - 1361 aliena] Greg., *Reg. past.* 3.27, PL 77.102D-103B

1338 dei] caelorum Aug. 1345 tamquam] om. A 1348 notandum F] om.
AT 1349 fugiens] fugit F 1352 mundi] inmundi T

1325

245C

1330

1335

245D
1340 246A

1345

1350

bras fugiunt, sed **tamen** in actione positi, contemplationis apicem subire non queunt, hoc est, quod **exit quidem Loth de Sodomis**, sed tamen ad montana non peruenit, quia licet iam damnabilis uita relinquitur, sed adhuc celsitudo speculationis subtiliter non tene-
tur. Inde idem Loth ad angelum dicit, *Est ciuitas haec iuxta, ad quam possum fugere, parua, et saluabor in ea. Numquid non modica est, et uiuet in ea anima mea?* Iuxta igitur dicitur, et tamen ad salu-
tem tuta esse perhibetur, quia actualis uita, nec a mundi curis ex
toto discreta est, nec tamen a gaudio aeternae salutis aliena.

In ipso autem Loth, quando filiae concubuerunt cum eo, non illud quod cum a Sodomis liberatus est, sed aliud figuratum est. Tunc enim ipse Loth futurae legis uidebatur gestare personam, quam quidam ex illa procreati et sub lege positi, male intellegendo, quodammodo se inebriant, eaque non legitime utendo, infidelitatis opera pariunt. *Bona est enim lex*, inquit Apostolus, *si quis eam legi- time utatur.*

Gen. 20.2-21.33

XVI

Sequitur dehinc historia de Abimelech, quando Abraham tacuit Sarram **uxorem**, et dixit sororem, ne se occiso, ab alienigenis cap-
tiua possideretur, certus de deo, quod eam uiolare non permitteret, sicut nec primum a Pharaone. Vnde et Abimelech, **somnio com- monitus**, non commaculauit eam concubitu, sed intactam restau-
rauit marito. Verumtamen quis tunc in illo figurabatur uiro, et cuius sit uxor, quae in hac peregrinatione atque inter alienigenas pollui macularique non sinitur, et sit uiro suo sine macula et ruga?
In gloria*m* quippe Christi recte uiuit ecclesia, ut pulchritudo eius honor sit uiro eius, sicut Abraham propter Sarrae pulchritudinem inter alienigenas honorabatur. Eique ipsi, cui dicitur in Canticis canticorum, *O pulchra inter mulieres*, ipsius pulchritudinis merito

246B

1355

1360

246C

1365

1370

246D

1375 247A

1380

1357 Gen. 19.20 1367 1 Tim. 1.8 1370 cf. Gen. 20.2-21.33 1381 Cant. 1.7

1362 In ipso - 1368 utatur] Aug., *C. Faust. 22.41*, CSEL 25/1.634,23-635,2 1370 ta-
cuit - 1373 commonitus] Aug., *C. Faust. 22.33*, CSEL 25/1.627,23-29 1375 quis
tunc - 1395 adimpletum] Aug., *C. Faust. 22.38*, CSEL 25/1.631,19-632,16

1354 subire non queunt *AT*] ascendere non queunt *F* 1355 licet] *om. F* 1360 ac-
tualis] coniugalis *Greg.* 1363 aliud] aliud tempus *F* 1364 Tunc *FT Aug.*] Nunc
A 1371 Sarram] *om. A* 1371 uxorem] uxorem suam *F* 1375 uiro] uiro scire uolo
T

reges offerunt munera, sicut Sarrae obtulit rex Abimelech, plus in ea mirans formae decus, quod amare potuit et uiolare non potuit. Est enim et sancta ecclesia domino Iesu Christo uxor in occulto. Occulte quippe atque in abscondito secreto spiritali anima humana inhaeret uerbo dei, ut sint *duo in carne una*, quod magnum coniugii sacramentum in Christo et in ecclesia commendat Apostolus. Proinde regnum terrenum saeculi huius (cuius figuram gerebant reges, qui Saram polluere permissi non sunt) non est expertum, nec inuenit ecclesiam coniugem Christi, nisi cum uiolare temptauit. Diuino enim testimonio per fidem martyrum cessit, correcatumque in posterioribus regibus honorauit munere, quam corruptioni suae subdere in prioribus non ualuit. Nam quod tunc in eodem rege prius ac posterius figuratum est, hoc in isto regno prioribus et posterioribus regibus adimpletum.

Cum autem dicitur de patre esse sororem Christi ecclesiam, non de matre, non terrenae generationis, quae euacuabitur, sed gratiae caelestis, quae in aeternum manebit, cognatio commendatur. Secundum quam gratiam genus mortale non erimus, accepta potestate, ut filii dei uocemur, et simus. Neque enim gratiam hanc de synagoga matre Christi secundum carnem, sed de deo patre percepimus. Hanc uero cognationem terrenam uocans in aliam uitam, ubi nullus moritur, negare nos Christus docuit, non fateri, cum discipulis ait, *Ne uobis dicatis patrem habere in terra, unus est enim pater uester, qui in caelis est.*

Quod ergo ecclesia cuius uxor sit occultatur alienigenis, cuius autem soror non tacetur, haec interim causa facile occurrit, quia occultum et difficile est ad intellegendum, quomodo anima humana uerbo dei copuletur, siue misceatur, siue quid melius et aptius dici potest, cum sit illud deus, ista creatura, secundum hoc enim sponsus et sponsa, uel uir et uxor, Christus et ecclesia dicuntur. Quia uero cognatione sint fratres Christus et omnes sancti,

1385
247B

1390

1395

247C

1400

1405

247D

1410

1386 Gen. 2.24 1387 cf. Eph. 5.31 1404 Mt. 23.9

1396 Cum autem - 1405 in caelis est] Aug., *C. Faust. 22.39*, CSEL 25/1.632,17-633,2 1406 Quod - 1416 est] Aug., *C. Faust. 22.40*, CSEL 25/1.633,12-231383 et *F Aug.*] sed *A om. T* 1386 magnum] magni *T* 1394 figuratum] significatum *F* 1396 sororem] soror *T* 1406 ergo *F Aug.*] uero *AT* 1407 occurrit *Aug.* *T*] non occurrit *AF* 1409 quid *A Aug.*] quod *FT* 1412 *Quia*] *Qua Aug.*

gratia diuina, non consanguinitate terrena, hoc est, de patre, non de matre, et effabilius dicitur, et capacius auditur. Nam inter se omnes sancti per eamdem gratiam fratres sunt, sponsus autem ceterorum societate nullus illorum est.

Gen. 21.5-19

XVII

248A

1415

Centenarius itaque Abraham genuit ex Sarra uxore sua filium, quem uocauit Isaac. Hunc cum uidisset mater eius ludentem cum Ismahel, dixit ad Abraham, *Eice ancillam et filium eius, non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac*. Nunc igitur quaerendum est, cur antea Sarra uoluit **maritum de ancilla suscipere filium**, aut cur nunc **cum matre iubet expelli domum**, quod non zelo fecit accensa, sed mysterio prophetiae compulsa.

Agar quippe, secundum quod ait Apostolus, **in seruitutem genuit carnalem populum**. Sarra uero libera populum genuit, qui non est secundum carnem, sed in libertatem uocatus est, **qua libertate liberauit eum Christus**. Hoc igitur mysterio figurabatur priorem populum in seruitute peccatorum generatum, **in domo Sarra**, id est, ecclesiae non manere in aeternum, neque esse haeredem uel consortem cultoribus Christi, nec cum filio nobili, id est, **fidi populo regnum caelestis gloriae possessurum**.

Cum eiceret igitur Abraham Agar de domo, **acepit panes et utrem aquae, et dedit Agar, et imposuit super humeros eius infantem, et dimisit eam**. **Exiens autem Agar**, errabat in solitudine, et cum morientem siti filium proieciisset sub arbore, apparuit ei angelus domini, et demonstrauit fontem aquae, et potauit filium suum. **Quid ergo significat quod exiens Agar infantem in humeros suos imposuit, nisi quod peccator populus et insipiens ceruicem matris**

1420

1425 248B

1430

1435 248C

1418 cf. Gen. 21.5 1420 Gen. 21.10 1433 Gen. 21.14 1435 cf. Gen. 21.14-19

1421 quaerendum - 1424 compulsa] Greg. Illib., *Tract. 3.3*, CCSL 69.20,24-29 1425 Agar - 1428 eum Christus] Orig., *Hom. in Gen. 7.2*, GCS 29.72,8-10 1429 populum - 1430 manere] Greg. Illib., *Tract. 3.5*, CCSL 69.21,45-46 1431 fideli - 1432 possessurum] Greg. Illib., *Tract. 3.8*, CCSL 69.21,60-62 1433 Cum eiceret - 1435 solitudine] Greg. Illib., *Tract. 3.17*, CCSL 69.23,135-138 1438 Quid ergo - 1441 filios nostros] Greg. Illib., *Tract. 3.17-18*, CCSL 69.23,139-140; 143-145

1416 illorum est] est illorum F 1419 eius A] *om. FT* 1422 cur] quur A 1423 cur] quur A 1426 populum] *om. A* 1429 Sarra scripsimus cum Arévalo] Rachel AFT 1433 eiceret AF] eiceret T

suae synagogae grauauit, dum dicit, *Sanguis huius super nos et super filios nostros?* Panes autem hoc indicabant, quod uetus sacerdotium panes propositionis, sicut scriptum est, *Portaret secum et uesceret.* Vter uero aquae, qui defecit, iudaica *purificatio* significabatur defectura, siue doctrina eorum carnalis in pelle mortua clausa, id est, *in carne* ueteris hominis *praeuaricationis sententia damnata*, quae nec *refrigerium praestat*, nec *satiat* sitim, sed aestu tepida uomitum facit.

Quod uero errat Agar in solitudine cum filio suo, significat synagogam cum populo suo *expulsam* de terra sua, sine sacerdotio et sacrificio in toto orbe errare, et *uiam*, quae est Christus, penitus ignorare. Quod filius illius siti deperit, ostendit populum nullam habens spiritalem purificationem. Quod uero filium morientem siti sub arbore proiecit, significabat *quosdam ex eo populo ad umbram ligni crucis refugium petituros.* Quod exclamat puer plorans, et exaudiuit eum deus, et sic, demonstrante angelo, aspicit fontem. Hoc pro illis dicit, qui ex Iudeis ad Christum conuertuntur, ac *flentes retro actos errores, exaudiuntur, reseratisque oculis cordis uident fontem aquae uiuae, id est, Christum filium dei, qui dicit, Ego sum fons aquae uiuae. Qui sitit, ueniat, et bibat.* Vnde et *Ismahel exauditio interpretatur.* Angelus autem iste similitudo est Heliae, per quem populus iste est crediturus, sicut per Malachiam dicitur, *Ecce ego mittam uobis Heliam, qui conuertat corda patrum in filios.* Verum quod statim uocauit angelus domini Agar, dicens, *Surge, tolle puerum, quia in gentem magnam faciam eum, hoc sig-*

1440 Mt. 27,25 1442 cf. Leu. 21,7 1448 cf. Gen. 21,14 1457 cf. Eph. 1,18 1459
Io. 7,37 1462 Mal. 4,5-6 1464 Gen. 21,18

1441 Panes - 1442 uesceret] Greg. Illib., *Tract. 3,18*, CCSL 69,23,149-151 1443
Vter - 1447 uomitum facit] Greg. Illib., *Tract. 3,19*, CCSL 69,23,151-24,159 1448
errat Agar - 1451 ignorare] Greg. Illib., *Tract. 3,21*, CCSL 69,24,167-175 1453
quosdam - 1454 petituros] Greg. Illib., *Tract. 3,23*, CCSL 69,24,182-183 1457 flentes - exaudiuntur] cf. Greg. Illib., *Tract. 3,25*, CCSL 69,25,205-206 1458 id est, Christum - 1459 bibat] Greg. Illib., *Tract. 3,25*, CCSL 69,25,208-209 1460
Ismahel exauditio interpretatur] Hier., *Hebr. quaeas.*, CCSL 72,20,13 1464 in gentem magnam - 1467 Christo] Greg. Illib., *Tract. 3,29*, CCSL 69,26,237-240

1445 carne] om. F 1450 quae A] qui FT 1452 uero] autem T 1453 proiecit, significabat] proiecit, et sic demonstrante angelo, aspicit fontem, significabat *omnes codices; uide lin. 1455-1456*

nificabat, siue *quod* copiosus Iudeorum *populus* esset regnaturus in saeculo, siue quia caelestis regni gloriam consecuturi essent, qui ex eis credidissent in Christo. Quod autem eundem angelum, qui loquitur ad Agar, prius *angelum* scriptura pronuntiat, deinde *deum, filium dei* eum fuisse credendum est, qui per legem et prophetas semper locutus est, qui propter obedientiam paternae uoluntatis *angelus* uocatur. *Deus* autem secundum naturam patris, quia uere et ipse *deus*, sicut et pater.

Gen. 22.1-23.20

XVIII

1465

Iubetur deinde Abraham *immolare* unicum filium suum. Ille autem *obtemperans deo* soluit uotum, strauit asinum, imposuit ligna, seruos longe demisit, solus cum filio ascendit, *triduo ad locum peruenit*. Antequam ueniret filius ad locum sacrificii, ipse sibi immolandus ligna portauit. *Deinde Abraham* gladio armatur, et cum iam pene feriret, admonetur ut parceret. Et non tamen sine sacrificio <et> sine sanguine fuso recedit. Apparet namque aries in uepre inhaerens cornibus. Immolatur peragiturque sacrificium. Peracto sacrificio dicitur ad Abraham, *Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, et uelut harenam maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia oboedisti uoci meae.*

Age nunc, uideamus quid sub huius sacramenti lateat mysterio. Iste enim Abraham, quando filium unicum perduxit ad immolandum, habebat personam dei patris. Sed quid est quod eum senex suscepit? Non enim senescit deus, sed ipsa praeuuentatio de Christo, iam quodammodo senuerat quando natus est Christus. Inchoata est enim ab Adam, ubi dictum est, *Et erunt duo in carne una, sacramentum illud magnum in Christo et in ecclesia*, et completa est sexta aetas saeculi, quae senecta significatur Abrahae, quia ipsum sacramentum dei iam longaeuum erat. Et senectus Sarrae in

249C

1475

1480

1485 249D

250A

1490

1474 cf. Gen. 22.1 1482 Gen. 22.18 1491 Gen. 2.24 1492 Eph. 5.32

1468 prius - 1469 filium dei] Greg. Illib., *Tract. 3.32*, CCSL 69.26,260-261 1470
propter obedientiam - 1472 ipse deus] Greg. Illib., *Tract. 3.34*, CCSL 69.27,277-
278 1474 Iubetur - 1485 uoci meae] Aug., *Ser. 2.8*, CCSL 41.15,208-210

1465 copiosus Iudeorum *populus* *A*] Iudeorum *populus* coiosus *F* cupiosus Iudeorum *populus* *T* 1479 non] *om. F*

plebe dei, hoc est, in multitudine prophetarum, hoc idem significat, quia in fine temporum ex ipsa plebe sanctarum animarum natus est Christus. Sterilitas autem eius intimat quod in hoc saeculo <i>spe salui facti sumus</i> , et in Christo tamquam in Isaac omnes nati sumus. Quem partum ecclesia in fine temporum mirabili dei gratia, non naturali fecunditate, procreauit. Iam deinde sequentis historiae sacramentum, quid imaginarie portendebat, inspicendum est. Quis ergo in Abraham, ut praedictum est, per illam immolationem figurabatur, nisi pater excelsus? Quis in Isaac, nisi Christus? Nam sicut Abraham unicum et dilectum filium deo uictimam obtulit, ita deus unigenitum filium suum <i>pro nobis omnibus tradidit</i> .	1495
	250B
	1500
	1505
	1510
	250C
	1515
	1520
	250D

Et sicut *Isaac ipse sibi ligna portauit, quibus erat imponendus*, ita et Christus gestauit in humeris lignum *crucis suae*, in quo erat crucifigendus. *Duo autem serui illi dimissi, et non perducti ad locum sacrificii, Iudeos significabant*, qui cum seruiliter uiuerent et carnaliter saperent, non intellegebant humilitatem Christi, non intellegebant passionem Christi, ideo non peruererunt ad locum sacrificii. Cur autem duo serui, nisi quia ipse populus in duas partes diuidendus erat? Quod factum est, Salomone peccante, quando diuisus est idem populus loco regni, non errore impietatis, quibus etiam saepe per prophetam dicitur, *Aduersatrix Israel, et praeuaricatrix Iuda*. Asinus autem ille insensata est stultitia Iudeorum. Ista insensata stultitia portabat omnia sacramenta, et quod ferebat nesciebat.

Iam quod dictum est eis, *Exspectate hic cum asino, postquam adorauerimus, reuertemur ad uos*, apostolum audi, *Caecitas, inquit, ex parte in Israel facta est*? Quid est, *Caecitas ex parte in Israel facta est?* *Exspectate hic cum asino, ut plenitudo*, inquit, *gentium intraret*, hoc

1498 Rom. 8.24 1505 Rom. 8.32 1516 Ier. 3.6-7 1520 Gen. 22.5 1521 Rom. 11.25 1522 Rom. 11.25 1523 Gen. 22.5 1523 Rom. 11.25

1499 *dei gratia - procreauit] cf. Aug., De ciu. dei* 16.26, CCSL 48.530,48-50 1507 *Isaac - imponendus] Aug., De ciu. dei* 16.32, CCSL 48.537,36-37 1509 *Duo autem - 1510 significabant] Aug., sermo deperditus, cf. Ep. Hadriani, MGH Epist. 5.26,6-7*

1498 *spe salui facti sumus FT] salui facti sumus spe A 1513 Cur] Quur A 1513 ipse populus AT] populus ipse F 1521 inquit] autem F*

est, *postquam adorauerimus*, ubi sacrificium crucis dominicae impletum per gentes fuerit praedicatum, hoc est, *ut plenitudo gentium intraret*. Quid est *reuertemur ad uos?* Et sic omnis Israel saluus fiet. Triduum autem illud in quo uenerunt ad locum immolationis, tres mundi aetates significat: unam ante legem, aliam sub lege, tertiam sub gratia. Ante legem, ab Adam usque ad Moysen, sub lege, a Moyse usque ad Ioannem, inde iam a domino. Et quidquid restat, tertius dies est gratiae. In qua tertia aetate, quasi post triduum, sacramentum sacrificii Christi completum est. Deinde Isaac, ligatis pedibus, altari superponitur, et dominus in ligno suspensus cruci affigitur. Sed illud, quod figuratum est in Isaac, translatum est ad arietem. Cur? Quia Christus ouis? Ipse enim filius, ipse agnus. Filius, quia natus, aries, quia immolatus. Sed quid est, quod in uepribus haerebat aries ille? *Crux cornua habet. Sic enim duo ligna compinguntur in se*, cum speciem crucis reddunt. Vnde et scriptum est de eo, *Cornua in manibus eius sunt. Cornibus ergo haerens aries crucifixum dominum significat.*

Vepres autem spinae sunt. Spinae iniquos et peccatores significant, qui suspenderunt dominum in cruce. Inter spinas itaque peccatorum Iudeorum suspensus est dominus, sicut per Ieremiam idem dicit, *Spinis peccatorum suorum circumdedit me populus hic.*

Alii hunc arietem cornibus in uepribus obligatum, eumdem Christum senserunt, *antequam immolaretur, spinis a Iudeis coronatum.*

Peracto igitur sacrificio dicitur ad Abraham, *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Quando enim hoc factum est, nisi quando dicit ille aries, *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea?* Hoc enim quando peractum est illud in psalmis

1524 Gen. 22.5 1525 Rom. 11.25 1526 Gen. 22.5 1526 Rom. 11.26 1539 Hab. 3.4 1548 Gen. 22.18 1550 Ps. 21.17-18

1537 Crux - 1540 dominum] Aug., sermo deperditus, cf. *Ep. Hadriani*, MGH Epist. 5.43,23-26 1546 antequam - coronatum] Aug., *De ciu. dei* 16.32, CCSL 48.537,42-43 1548 Peracto - 1555 gentium] Aug., *Ser. 2.8*, CCSL 41.15,206-216

1524 crucis dominicae] dominicae crucis A 1526 reuertemur ad uos FT] ad uos reuertemur A 1528 aetates significat FT] significat aetates A 1529 Adam] Abraham T 1535 Curi] Quur A 1537 ille] ille cornibus F 1537 enim] om. A 1541 autem A] om. FT 1544 hic FT] iste A 1546 Iudeis] Iudaicis Aug. 1551 psalmis AT] psalmo F

1525	251A
1530	
1535	
1540	251B
1545	251C
1550	

sacrificium, tunc in ipso psalmo dictum est, *Commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae, et adorabunt in conspectu eius omnes patriae gentium, quando domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.*

1555

Immolato igitur Abraham ariete pro Isaac filio suo, uocauit nomen loci illius, dominus uidit, pro eo quod est, dominus uideri se fecit, utique per incarnationem. Deinde moritur Sarra centesimo uigesimo anno uitiae suae, et empto agro ab Ephron, sepeliuit eam.

Sed quid sibi uelit, quod Sarra in sepulcro duplice sepelitur, nisi quia anima, quae saeculo moritur, ut deo uiuat, gemina uitiae requie suscipitur, id est, in actione boni operis et contemplatione diuinitatis?

1560

251D

252A

Gen. 24.1-4

XIX

Erat autem Abraham senex dierumque multorum. Dixitque seruo suo seniori, qui supra omnia eius erat, Pone manum tuam sub femur meum, ut adiurem te per dominum deum caeli et terrae, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananaeorum, sed ad terram et ad cognitionem meam proficiscaris, et inde accipies uxorem filio meo Isaac. Sed quid sibi uelit, quod Abraham seruo suo dixit, postulans iure iurando fidem, Pone, inquit, manum tuam sub femore meo, et adiuro te per deum caeli? Quid uult deus caeli ad femur Abrahae, nisi ut cognoscatur sacramentum? Per femur enim genus intellegitur. Ergo quae fuit illa coniuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahae uenturum in carne deum caeli?

1565

1570

252B

1575

Senior autem iste imaginem habuit legis, per quam sponsa Christi ecclesia despondebatur, qui tamen propter antiquitatem senior nuncupatur. Abiit itaque puer in Mesopotamiam in ciuitatem Nachor, stetitque circa fontem, quaerens sponsam filio domini sui.

1552 Ps. 21.28-29 1557 Gen. 22.14 1558 cf. Gen. 23.1-20 1565 Gen. 24.1-4 1578
Gen. 24.10

1556 Immolato - 1558 fecit] Aug., *De ciu. dei* 16.32, CCSL 48.537,52-56 1558 moritur - 1559 uitiae suae] Aug., *De ciu. dei* 16.32, CCSL 48.538,70-71 1560 Sarra - 1563 diuinitatis] cf. Greg., *Mor.* 6.37, CCSL 143.325,17-24 1572 Quid uult - 1575 caeli] Aug., *Tract. in Io.* 43,16, CCSL 36.380,35-38

1552 in ipso psalmo *FT*] per ipsum psalmum *A* 1558 Deinde] Post haec *A* 1559 uigesimo] uicensimo septimo Aug. 1559 Ephron] Efron *AF* Effron *T* 1567 deum] *om. A* 1569 et] *om. A* 1570 Sed quid] Quid ergo *F* 1571 tuam *T*] *om. AF* 1573 cognoscatur *AT*] adnoscatur *F* 1576 Senior] Seruus *A*

Sic et lex quae post fidem est uenit ad fontem baptismatis, et ibi 1580
 orans occurrit ei uirgo Rebecca, id est, ecclesia.

Vidit autem Rebecca puerum, id est, sermonem propheticum, deponit de humero hydriam, utique elatam saeculi facundiam, et ad humilem propheticum se inclinat sermonem. Suscepit fidei ornamenta, uel morum. Accepit aureos scripturarum sensus et claram argenti eloquium. Sicque secuta puerum Rebecca uenit ad Isaac. Secuta uerbum propheticum ecclesia uenit ad Christum.

Quae tamen camelii dorso deducitur, quia ad Christum ex gentilitate ecclesia properans, in tortis uitiosisque uitiae ueteris conuersationibus inuenitur. Quae Isaac uiso descendit, quia domino cognito uitia sua gentilitas deseruit et ab elatione celsitudinis uiam humilitatis petit. Quae etiam et uerecundata pallio uelatur, quia coram eo de erroribus prioris uitiae confunditur.

Quod uero inclinato iam die egressus est in agro Isaac, hoc designabat quod extremo huius mundi tempore, uelut in diei fine, ueniens Christus, quasi in agro foras exiit, quia cum sit inuisibilis, se tamen uisibilem in hoc mundo uenienti ex gentibus ecclesiae demonstrauit.

Inuenit autem eum ecclesia ad puteum uisionis, id est, in contemplatione et intellegentia ueritatis ubi intellectum percipiatur altiorem, siue lauacrum aquae, ubi purificetur, sicque dehinc copulatur sponso suo Christo, adhaerens illi gloria, aeternitate et regno.

Gen. 25.1-7

XX

Quid autem sibi uult, quod Abraham post obitum Sarrae Cethuram duxit uxorem? Numquid ob incontinentiam, dum esset iam aetate grandaeuus? Absit. An propter filiorum procreationem, dum illi semen, quasi stellae caeli, ex Isaac filio promitteretur?

1604 cf. Gen. 25.1

1582 Vedit - 1584 sermonem] Orig., *Hom. in Gen. 10.2*, GCS 29.95,24-96,3 1586
 Sicque - 1587 Christum] Orig., *Hom. in Gen. 10.5*, GCS 29.99,9-10 1588 camelii -
 1593 confunditur] Greg., *Mor. 1.15*, CCSL 143.35,20-25 1594 inclinato - 1598 demonstrauit] Greg., *Mor. 35.16*, CCSL 143B.1799,57-61 1599 ad puteum uisionis]
 Orig., *Hom. in Gen. 10.3*, GCS 29.97,17-18 1600 intellectum percipiatur altiorem]
 Orig., *Hom. in Gen. 10.5*, GCS 29.99,27-28 1601 lauacrum aquae] Orig., *Hom. in Gen. 10.5*, GCS 29.100,9 1604 Quid - 1605 uxorem] Aug., *De ciu. dei* 16.34,
 CCSL 48.538,1-2

1604 Quid autem sibi uult] om. A 1607 Non ergo A] Ergo FT

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
 Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

Non. Ergo quid sibi uult ista Cethura, nisi quia sicut Agar et Ismael significauerunt carnales ueteris testamenti, sic et Cethura et filii eius significabant haereticos, qui se ad testamentum nouum existimant pertinere? Sed utraeque concubinae dicuntur. Sola Sarra semper uxor uocatur, sicut scriptum est, *Vna est enim columba mea, perfecta mea.*

Dedit autem Abraham cuncta quae possidebat Isaac filio suo, filiis autem concubinarum largitus est munera, et separauit eos ab Isaac filio suo. Quid hoc significant, nisi quia dantur, et nonnulla munera filiis concubinarum, id est, carnalium? Sed non perueniunt ad regnum promissum nec haeretici, nec Iudei, quia carnalia lucra sectantur. Praeter Isaac enim nullus est haeres, utique quia non filii carnis, sed filii promissionis deputantur in semine. Deinde mortuus est Abraham centum septuaginta quinque annorum, sepultusque est in spelunca duplice, in cuius interiore parte Adam esse positum traditio Hebraeorum testatur.

XXI

Orta dehinc fame super terram, abiit Isaac ad Abimelech regem Palestinianorum in Gerara, ex praecepto et benedictione domini, ibique Rebeccam uxorem suam timoris causa finxit sororem. Quam rex alienigena Isaac coniugem tunc esse cognouit, quando eum cum ea ludentem uidit. Quid autem sibi uelit in sacramento Christi et ecclesiae, quod tantus patriarcha cum coniuge luserit, coniugiumque illud inde sit cognitum? Videt profecto quisquis (ne aliquid errando in ecclesiam peccet) secretum uiri eius in scripturis sanctis diligenter intueatur, et inuenit eum maiestatem suam, qua in forma dei aequalis est patri, paulisper abscondisse in formam serui, et eius capax esse humana infirmitas posset, eo modo se

1610
253B

1615

1620

253C

Gen. 26.1

1625

1630

253D

1635

1612 Cant. 6.8 1614 Gen. 25.5-6 1614 Gen. 25.6 1619 Rom. 9.8 1621 Gen. 25.7 1625 Gen. 26.1

1608 Agar - 1611 pertinere] Aug., *De ciu. dei* 16.34, CCSL 48.538,7-10 1616 et nonnulla - 1620 in semine] Aug., *De ciu. dei* 16.34, CCSL 48.539,22-26 1628 rex alienigena - 1629 ludentem uidit] Aug., *C. Faust.* 22.46, CSEL 25/1.638,4-5 1629 Quid autem - 1639 in nobis] Aug., *C. Faust.* 22.46, CSEL 25/1.638,20-639,3

1621 sepultusque] sepultus A 1625 dehinc] igitur A 1631 profecto quisquis] quisquis profecto A 1634 formam] forma T

coniugi congruenter aptaret. Quid enim absurdum? Immo quid non conuenienter futurorum praenuntiationi accommodatum, si propheta dei carnale aliquid lusit, ut eum caperet affectus uxoris, cum ipsum uerbum dei caro factum sit, et habitaret in nobis?

Gen. 26.12-22

XXII

254A

Post haec refert scriptura quod Isaac, postquam *benedixit illum dominus* et magnificatus est ulde, aggressus est opus, et coepit fodere *puteos quos foderant pueri patris eius Abrahae*. Sed *inuidentes ei Palaestini, obstruxerunt eos, implentes humo, et reliqua*. Quis est iste Isaac, nisi *saluator noster*, qui cum descendisset in istum *torrentem Gerara*, primo omnium illos puteos fodere uult, quos foderant pueri patris sui, id est, Moyses, puteum legis foderat, Dauid, Solomon et prophetae libros scripserunt ueteris testamenti, quos tamen terrena et sordida repleuerat intellegentia Iudeorum? Hos cum uellet purgare Isaac, ut ostenderet quia quaecumque lex et prophetae dixerunt, de ipso dixerunt, rixati sunt cum eo Philistim, id est, Iudei a regno dei alieni, sed discedit ab eis. Non enim potest esse cum his, qui in puteis aquam nolunt habere, sed terram. Et dicit eis, *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta*. Fodit ergo Isaac nouum puteum, immo pueri Isaac fodunt. Pueri Isaac sunt Matthaeus, Marcus, Lucas, Iohannes, Petrus et Iacobus, Iudas et apostolus Paulus, qui omnes noui testamenti puteum foderunt, et inuenerunt aquam uiuam, quae sit *fons aquae salientis in uitam aeternam*. Sed pro his adhuc altercantur illi qui terrena sapiunt, nec noua condi patiuntur, nec uetera purgari, euangelicis puteis contradicunt, apostolis aduersantur, et quoniam in omnibus contradicunt litigantes, dicitur ad eos, *Quoniam indignos uos fecistis gratia*

1641 Gen. 26.12 1643 Gen. 26.15 1643 Gen. 26.14-15 1645 Gen. 26.17 1654
Mt. 23.39, Lc. 13.35 1655 cf. Gen. 26.18 1658 Io. 4.14 1662 Act. 13.46

1641 refert - 1644 humo] Orig., *Hom. in Gen.* 13.1, GCS 29.113,8-12 1645 Isaac - 1647 patris sui] Orig., *Hom. in Gen.* 13.2, GCS 29.114,22-24 1647 Moyses - 1651 Philistim] Orig., *Hom. in Gen.* 13.2, GCS 29.115,18-22 1652 sed - 1657 foderunt] Orig., *Hom. in Gen.* 13.2, GCS 29.115,22-116,1 1659 Sed pro his - 1663 ibimus] Orig., *Hom. in Gen.* 13.2, GCS 29.116,1-5

1637 accommodatum] accommodatum est *F* 1639 dei] *om. A* 1641 quod] illum quod *T* 1641 illum] *om. T* 1651 Philistim *A*] Filistim *FT* 1652 Iudei a regno dei alieni *FT*] populus a regno dei alienus *A* 1652 discedit *A Ruf.*] discendit *FT* 1652 enim] *om. A* 1655 Isaac sunt] autem Isaac *F*sunt Isaac *T* 1659 his] id *A*

1640

1645

254B

1650

1655

254C

1660

dei, ex hoc iam ad gentes ibimus. Post haec fudit tertium puteum Isaac, et appellavit nomen loci illius latitudo, dicens, Nunc dilatavit nos dominus, et fecit crescere super terram. Vere dilatatus est Isaac et impleuit omnem terram scientia trinitatis, et in toto orbe latitudinem ecclesiae collocavit. Prius tantum in Iudea notus erat deus, et in Israel nominabatur, nunc autem in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum. Exeuntes enim pueri Isaac per uniuersum orbem terrae, foderunt puteos, et aquam uiuam omnibus ostenderunt, baptizantes omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.

Sed quid est quod puteos, quos Abraham aperuit, Isaac sic uocauit eos, sicut et pater eius, nisi quia Moyses apud nos etiam Moyses appellatur et prophetae unusquisque suo nomine appellatur, nec mutantur, quasi eorundem uocabula puteorum? Haec mystice.

Moraliter autem Isaac apud alienam gentem puteos fodisse describitur. Quo uidelicet exemplo discimus, ut in hac peregrinationis aerumna positi, cogitationum nostrarum profunda penetremus, et quoisque nobis uerae intellegentiae aqua respondeat, nequaquam nostrae inquisitionis manus ab exaurienda cordis terra torpescat. Quos tamen puteos allophyli insidiantes replent, quia nimirum immundi spiritus cum nos studiose confodere conspiciunt, congestas nobis temptationum cogitationes mergunt.

1665

254D

1670

255A

1675

1680

1685 255B

1663 cf. Gen. 26.22 1664 Gen. 26.22 1667 Ps. 75.2 1668 Ps. 18.5 1670 Gen. 26.19 1671 Mt. 28.19

1663 Post haec - 1672 spiritus sancti] Orig., *Hom. in Gen.* 13.3, GCS 29.116,6-15 1674 Moyses - 1675 appellatur] Orig., *Hom. in Gen.* 13.3, GCS 29.118,2-4 1678 Isaac - 1685 mergunt] Greg., *Mor.* 31.27, CCSL 143B.1588,26-34

1664 latitudo] amplitudo *Orig.* 1669 eorum *F Orig.*] illorum *AT* 1671 uiuam *A Orig.*] *om. FT* 1671 omnes] apostoli omnes *T* 1673 quos Abraham aperuit *T*] Abraham quos aperuit *AF* 1675 appellatur *AT*] appellantur *F* 1678 alienam *T*] Palestinam *F* alienigenam *A* 1682 ab] ad *Greg.* 1682 exaurienda cordis terra] exauriendum cordis terram *A* exauriendum terram cordis *F* 1683 allophyli] allophyli *A* allofili *Fallofeli T* 1684 confodere *AFT*] cor fodere *Greg.* 1685 conges-tas *AF Greg.*] molestas *T* 1685 temptationum cogitationes] *om. F* 1685 mergunt *A Greg.*] emergunt *F* inmergunt *T*

Gen. 25.23-25,
27.9, 27.27-40

XXIII

Igitur Isaac, dum rogaret dominum ut pareret uxor eius, quae sterilis erat, concessit dominus quae postulabat. Illidebanturque gemini in utero eius inclusi angustia. Quae, dum angeretur, interrogauit dominum, accepitque responsum, *Duae gentes in utero tuo sunt, et duo populi de uentre tuo diuidentur, populusque populum superabit, et maior seruiet minori.* Quod figuraliter factum, etiam 1690 ipsis Iudeis non creditibus notum est, qualiter populus ecclesiae synagogae populum superauit, et quomodo plebs Iudeorum tempore maior seruit minori populo christianorum. Siquidem et in singulis nobis hoc dici potest, quod *duae gentes et duo populi* sunt intra nos, uitiorum scilicet atque uirtutum, sed iste minor est, ille maior. Semper enim plures sunt mali quam boni, et uitia numerosiora uirtutibus sunt. Sed tamen et in nobis gratia dei *populus populum superat, et maior seruit minori.* Seruit enim caro spiritui et uitia uirtutibus cedunt. Procedit autem Esau primus *rufus, et totus tamquam pellis hirsutus.* Deinde *exit frater eius Iacob, et manus eius implexa erat calcaneo Esau.*

Sed cur ille totus *rubeus* et *hispidus*, nisi quia populus prior prophetarum et Christi fuit cruento pollutus, ac *peccati et nequitiae squalore* extitit *circumdatuS?* Cuius ideo minor calcaneum tenuit, quia mystice maiorem populum minor superaturus esset. Nam quod iste Esau primogenita sua propter escam eidem fratri suo iuniori uenum dauit ac postmodum paterna benedictione sibi promissa priuatus est, significat eundem israeliticum populum, qui a 1705

1695

255C

1700

1710 255D

1690 Gen. 25.23 1696 Gen. 25.23 1699 Gen. 25.23 1701 Gen. 25.25 1702
Gen. 25.25 1704 cf. Gen. 25.23

1687 ut pareret - 1692 minori] Aug., *De ciu. dei* 16.35, CCSL 48.539,4-10 1692
etiam ipsis - 1694 et quomodo] Orig., *Hom. in Gen.* 12.3, GCS 29.108,30-31 1694
Iudeorum - 1695 christianorum] cf. Aug., *De ciu. dei* 16.35, CCSL 48.540,19-
20 1695 et in singulis - 1703 calcaneo Esau] Orig., *Hom. in Gen.* 12.3, GCS
29.109,3-5, 14-18, 26-28 1705 peccati - 1706 circumdatuS] Orig., *Hom. in Gen.*
12.4, GCS 29.110,II-12

1689 angustia] molestia Aug. 1689 angeretur] angerentur FT 1690 utero] uentre T 1692 figuraliter factum] factum figuraliter F 1695 seruit] serviet F 1699
uirtutibus sunt] sunt uirtutibus A 1699 et om. F 1700 seruit] seruiet F 1700
enim] om. F 1701 primus] primitius Orig. 1701 rufus *Vulg.*] rubeus
Orig. 1704 cur] quir A 1704 rubeus] rufus A 1705 fuit cruento] cruento fuit
A 1706 Cuius ideo] Huius igitur A 1708 quod] et quod A quod et F

deo ut Exodi indicat liber, primogenitus filius nuncupatus est, qui propter praesentis saeculi lucra non solum primatus sui honorem amisit, uerum etiam et regni caelestis praemium praeparatum adipisci non meruit, domino quodammodo id eidem exprobrante, cum dicit, *Transferetur a uobis regnum dei, et dabitur genti facienti uoluntatem eius.* Primogenita autem ipsa uestis erat **sacerdotalis**, quam maiores natu cum benedictione patris **induti uictimas deo**, uelut pontifices, **offerebant**. Hoc dono terreni amoris desiderio caruerunt Iudei cum gloria regni futuri.

Iam sequitur deinde ipsa benedictio in Iacob. Quae tamen quid figuraliter indicauerit, Hippolyti martyris uerba sicut ea excellentissimae scientiae ac doctrinae Hieronymus replicauit, in hoc loco ponenda sunt: ‘Isaac, inquit, portat imaginem dei patris, Rebecca spiritus sancti, Esau populi prioris et diaboli, Iacob ecclesiae, siue Christi. Senuisse Isaac consummationem orbis ostendit, oculos illius caligasse, fidem perisse de mundo, et relicto lumine ueritatis ante eum neglectum esse significat. Quod filius maior uocatur, acceptio legis est Iudeorum. Quod escas eius atque capturam diligit pater, homines sunt ab errore saluati, quos per doctrinam iustus quisque uenatur. Sermo dei reprobationis est benedictio, et spes regni futuri, in quo cum Christo sancti regnaturi sunt, et uerum sabbatum celebraturi. Rebecca plena spiritu sancto, et sciens quid audisset antequam pareret, *quia maior seruiet minori*, formam gerit in hoc loco spiritus sancti, quae futura nouerat in Christo, in Iacob ante meditatur. Loquitur ad filium minorem, *Vade ad gregem, et accipe mihi inde duos haedos, praefigurans car-*

1711 Ex. 4,22 1715 Mt. 21,43 1733 Gen. 25,23 1736 Gen. 27,9

1716 Primogenita - 1718 offerebant] *cf.* Hier., *Hebr. quae.*, CCSL 72,34,14-16 1721 Hippolyti martyris uerba] *cf.* Hier., *Ep. 36,16*, CSEL 54,283,6-10: Quoniam autem polliciti sumus et de eo, quid in figura significaret, adiungere, Hippolyti martyris uerba ponemus, a quo et Victorinus noster non plurimum discrepat ... 1723 Isaac - 1750 pronuntians] Hier., *Ep. 36,16*, CSEL 54,283,10-284,7

1713 et] *om. A* 1715 *Transferetur* *T* 1718 pontifices] sacerdotes *A* 1718 dono] donum *T* 1720 deinde] dehinc *F* 1721 Hippolyti] Yppoliti *A* Hippoliti *FT* 1721 uerba] uerba in aliquibus *A* 1722 Hieronymus] Hieronus *AFT* 1723 portat] portabat *F* 1724 diaboli] zabuli *AT* diabuli *F* 1724 siue] et *T* 1725 oculos] oculi *A* 1726 relicto lumine ueritatis *AF*] religionis lumen *Hier.* *T* 1728 eius] Esau *A* 1730 reprobationis est benedictio] benedictionis est reprobatio *Hier.* 1733 quid] quod *T* 1733 pareret] pareret et *A*

neum saluatoris aduentum, in quo eos uel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxii, siquidem in omnibus scripturis haedi pro peccatoribus accipiuntur. Quod autem *duos* iubetur afferre, duorum populorum significatur assumptio, quod *teneros et bonos*, *docibiles* et innocentes animas. Stola Esau fides et scripturae sunt Hebraeorum, quae illis primo datae sunt, et postmodum gentilium induitus est populus. Pelles autem, quae eius brachiis circumdatae sunt, peccata utriusque plebis, quae Christus in extensione manuum cruci secum pariter affixit. Ipse enim in corpore suo non sua, sed aliena peccata portauit. Quod Isaac querit ab Iacob, cur tam cito uenerit, admiratur uelocem ecclesiis credentium fidem. Quod cibi delectabiles offeruntur, hostia placens deo salus est peccatorum. Quod posterum consequitur benedictio et eius odore perfruit uirtutem resurrectionis et regni aperta uoce pronuntians.'

Taliter enim benedicitur, odore nominis Christi, sicut ager, mundus impletur, cuius est benedictio de rore caeli, hoc est, de uerborum pluia diuinorum. *Et de pinguedine terrae*, hoc est, con-gregatione populorum. *Multitudine frumenti et uini*, hoc est, multitudine, quam colligit de sacramento corporis et sanguinis sui. Illi seruiunt populi ex gentibus ad eum conuersi. Ipsum adorant tribus, id est, populi ex circumcisione credentes. Ipse est dominus fratrum suorum, quia plebi dominatur Iudeorum. Ipsum adorant filii matris eius, quia et ipse secundum carnem ex ea natus est. *Ipsum qui maledixerit maledictus est, et qui benedixerit, benedictionibus replebitur.* Christus, inquam, noster ex ore populi patris ignorantis benedicitur, id est, ueraciter dicitur. Sed alius a Iudeis benedici putatur, qui ab eis errantibus expectatur. Ecce, benedictionem promissam repetente maiore, expauit Isaac, et aliud se pro alio benedixisse cognoscit, nec tamen indignatur reuelato sibi sac-

256C

1740

1745

256D

1750

257A

1755

1760

257B

1765

1740 Gen. 27.9 1753 Gen. 27.28 1754 Gen. 27.28 1760 Gen. 27.29

1751 odore - 1767 benedictus est] Aug., *De ciu. dei* 16.37, CCSL 48.542,25-40

1737 qui peccatis tenebantur obnoxii] quod filius maior uocatur acceptio legis est iudeorum *A* 1741 docibiles *AT*] dociles *F Hier.* 1741 animas] animas signat *F* 1742 illis] illi *A* 1745 cruci] crucis *F* 1746 cur] quur *A* 1747 ecclesiis *FT*] ecclesiae *A* 1749 consequitur] sequitur *F Hier.* 1750 pronuntians] pronuntiant *A* prae*nuntians* *Hier.* 1751 enim] *om.* *F* 1751 benedicitur] benedicitur, Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni *T* 1753 congregatione *Aug. AT*] de congrega-tione *F* 1760 benedictionibus] benedictione *A* 1763 qui] quia *A*

ramento, sed *confirmat benedictionem in filio dicens, Et benedixi eum et benedictus est.*

Haec est benedictio prima Isaac, quae data est minori populo christianorum. Sed *neque tamen maiorem filium penitus fuisse despectum, quia cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit.*

1768-1795
Victorinus

1770

Cuius tamen secundae benedictionis prophetia haec est, *In pinguedine terrae, et in rore caeli erit benedictio tua. In pinguedine utique terrae, in fecunditate rerum et potentia regni, quae in illo populo fuit. Et in rore caeli erit benedictio tua, id est, in eloquiis dei. Ipsi enim credita sunt eloquia dei, et legis testamenta. Viues gladio, id est, quia sanguini populus ille deditus necem in Christo uel prophetis exercuit. Et fratri tuo seruies, minori scilicet populo chris-*

1775
257C

tiano. *Tempusque ueniet cum excutias et soluas iugum de ceruicibus tuis,* dum, per agnitionem fidei ad gratiam Christi conuersus, deposueris onus legis, quando iam non seruus populo minori, sed per fidem frater uocaberis. Igitur Esau post benedictionem patris inuidiae stimulis *concitatus, necem fratri suo Iacob fraudulenter excogitat.* Hoc nimirum et iudaicus populus in Christo praemediatus, non solum dominum patibulo crucis tradidit, uerum etiam credentes in illo usque ad effusionem sanguinis persecutus est. Iacob autem *dolos fugiens fratris, relicta domo patria, uel parentibus, uadit in regionem longinquam, ut acciperet sibi uxorem.* Non aliter Christus, relictis parentibus secundum carnem, id est, populo

1780

1785

257D

1790 258A

1766 Gen. 27,33 1772 Gen. 27,40 1776 Rom. 3,2 1776 Gen. 27,40 1778
Gen. 27,40 1780 Gen. 27,40

1769 neque tamen - 1771 saluus erit] Hier., *Ep. 36,16*, CSEL 54,285,19-21 1776
credita - testamenta] cf. Hier., *Ep. 36,16*, CSEL 54,285,16-17 1784 concitatus -
1785 excogitat] Hier., *Ep. 36,16*, CSEL 54,284,17-18 1788 dolos fugiens fratris]
Hier., *Ep. 36,16*, CSEL 54,285,8-9 1789 acciperet sibi uxorem] Hier., *Ep. 36,16*,
CSEL 54,285,7

1766 Et] *om. T* 1772 prophetia A] prefatio F profetatio T 1778 minori scilicet
populo christiano] utique minori populo christiano subiciens F 1787 sanguinis]
non sanguinis A 1788 patria] patris F 1790 Christus] et Christus A 1790 po-
pulo FT] populum A

Israel, et patria, id est, Hierosolyma, et omnibus regionibus Iudeae, abiit in gentibus accipiens sibi inde ecclesiam, ut impleretur quod dictum est, *Vocabo non plebem meam plebem meam, et non dilectam plebem dilectam. Et erit in loco ubi dictum est, Non plebs mea uos, ibi uocabuntur filii dei uiui.*

1795

Gen. 28.12-17

XXIV

Pergens autem Iacob in Mesopotamiam, uenit in locum ubi nunc Bethlem uocatur, et posuit sub capite suo lapidem magnum. Et dormiens uidit scalam subnixam, innitentem caelo, et angelos dei ascendentis et descendentes. *Hoc uiso euigilauit unxitque lapidem,* dicens, *Vere hic domus dei est, et porta caeli.* Et his dictis discessit. Somnus iste Iacob mors siue passio Christi est. *Lapis ad caput eius, qui nominatim quodammodo dictus est etiam unctus,* Christus significatur, *caput enim uiri Christus est.* *Quis enim nescit Christum ab unctione appellari?* *Domus autem dei,* quia ibi natus est Christus in Bethlem. *Porta uero caeli,* quia ibi in terram descendit, ibi iterum et caelum concendit. Erectio autem lapidis resurrectio Christi est. Porro *scala* Christus est, qui dixit, *Ego sum uia.*

Per hanc ascendebant et descendebant angeli, in quibus significati sunt euangelistae et praedicatores Christi. *Ascendentis utique, cum ad intellegendam eius super eminentissimam diuinitatem excedunt uniuersam creaturam, ut eum inueniant, In principio uerbum, deum apud deum, per quem facta sunt omnia.* *Descendentis autem, ut eum inueniant factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.* In illa enim scala a terra usque ad caelum, a carne usque ad spiritum, quia in illa carnales proficiendo,

1795

1797-1808
Victorinus

1800

258B

1805

1810

258C

1815

1793 Rom. 9.25-26 1801 Gen. 28.17 1808 Gen. 28.12-13 1808 Io. 14.6 1811
Gen. 28.12 1813 Io. 1.1 1814 Gen. 28.12 1815 Gal. 4.4

1797 Pergens - Mesopotamiam] Aug., *De ciu. dei* 16.38, CCSL 48.543,20 1800
Hoc uiso - 1802 discessit] Aug., *En. in Ps.* 44.20, CCSL 38.508,5-6 1802 Lapis -
1805 appellari] Aug., *C. Faust.* 12.26, CSEL 25/1.354,13-16 1810 Per - 1820 carnali-
bus] Aug., *C. Faust.* 12.26, CSEL 25/1.354,28-355,11

1791 patria *F*] patriam *AT* 1791 Hierosolyma] Hierosolymam *A* Hierusolima *F*
Hierosolima *T* 1791 omnibus regionibus *T*] omnes regiones *AF* 1792 gentibus
AT] gentis *F* 1797 Pergens] Pergente *A* 1800 descendentes] descentes *A* 1807
et] et ad *T*

Gen. 29.1-11	<p>uelut ascendendo, spiritales fiunt, ad quos lacte nutriendos etiam ipsi spiritales descendunt quodammodo, cum eis non possunt loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Ipse est sursum in capite suo, ipse deorsum in corpore suo, quod est ecclesia. Ipsu<small>m</small> ergo scalam intellegimus, quia ipse dixit, <i>Ego sum uia</i>. Ad ipsum ergo ascenditur, ut in excelsis intellegatur. Et ad ipsum descenditur, ut in membris suis paruulus nutritur. Et per illum solum se erigunt, ut eum sublimiter expectent. Per ipsum se etiam humiliant, ut eum temperanter adiungent.</p> <p>Post hanc uisionem inde Iacob iter faciens uidit oues et pastores, et puteum aquae uiuae, et lapidem magnum superpositum puteo. Figuraliter per oues iustorum populi significabantur, sicut illud, quod dictum est in euangelio, <i>Statuet oues ad dexteram</i>. Pastores uero prophetae sunt, qui usque ad aduentum domini spiritu sancto mundati Israel populum doctrinae praedicatione gubernabant. Lapis puteo superpositus figuram domini praeferebat. Puteus gratiam spiritus sancti praefigurabat per praedicationem Christi uenitram ad ecclesiam ex gentibus, quae obiecta erat, nondum adueniente et homine facto Christo.</p>	1820
Gen. 29.24-29, 30.1, 30.13-15	<p>Igitur Iacob, pergens Mesopotamiam, accepit uxores duas, filias Laban fratris Rebeccae. Hoc est, primo Liam, secundo Rachel. Inde sibi accepit Liae ancillam nomine Zelpham, et ancillam Rachel Ballam. Ex quibus quattuor genuit duodecim filios, et unam filiam. De Lia scilicet genuit Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Issachar, Zabulon. De Rachel autem Ioseph, et Benjamin. De Bala, ancilla Rachel, Dan et Neptalem. De Zelpha, ancilla Liae, Gad et Aser. Hi sunt duodecim filii Israel.</p> <p>Nunc autem quid rerum figurauerint quattuor uxores Iacob, quarum duea liberae et duea ancillae fuerunt? Videmus enim Apos-</p>	1825 258D 1827-1836 Victorinus 259A
		1830
		1835
		1840 259B
		1845
	<p>1822 Io. 14.6 1828 Gen. 29.2 1830 Mt. 25.33 1838 Gen. 29.24-29</p> <p>1820 sursum - 1826 adiungent] Aug., <i>C. Faust. 12.26</i>, CSEL 25/1.355,12-20 1846 quid rerum - 1857 contemplamur] Aug., <i>C. Faust. 22.51</i>, CSEL 25/1.645,3-17</p> <p>1826 temperanter] sublimiter ac temperanter <i>T</i> 1831 sunt] intelleguntur <i>A</i> 1832 doctrinae praedicatione] <i>om. FT</i> 1833 puteo superpositus] uero superpositus pu- teo <i>A</i> 1835 erat] erant <i>T</i> 1841 Ballam] nomine Ballam <i>F</i> 1846 autem] autem intueamus <i>A</i> 1847 et] <i>om. A Aug.</i> 1847 Videmus] Dedicimus <i>T</i></p>	

tolum in libera et ancilla quas habebat Abraham duo testamenta intellegere, sed ibi in una et in una facilius apparet quod dicitur, Hic autem duae sunt, et duae. Deinde ibi ancillae filius exhaeredatur, hic uero ancillarum filii simul cum filiis liberarum terram promissionis accipiunt. Vnde hic procul dubio aliquid aliud significatur. Quamquam enim duae liberae uxores Iacob ad nouum testamentum, quod in libertatem uocati sumus, existimentur pertinere, non tamen frustra duae sunt, nisi quia duae uitae nobis in Christi corpore praedicantur. Vna temporalis, in qua laboramus, alia aeterna, in qua delectationem dei contemplamur.

Lia namque interpretatur laborans, Rachel autem uisum principium, siue uerbum. Actio ergo huius uitae, in qua uiuimus ex fide, laboriosa est in operibus et incerta, quo exitu perueniat ad utilitatem eorum quibus consulere uolumus. Ipsa est Lia prior uxor Iacob, ac per hoc et infirmis oculis fuisse commemoratur. *Cogitationes enim mortalium timidae et incertae prouidentiae nostrae. Spes uero aeternae contemplationis dei, habens certam intellegentiam ueritatis, ipsa est Rachel.* Vnde etiam dicitur, *Bona facie et pulchra specie.* Hanc enim amat omnis pie studiosus et propter hanc seruit gratiae dei, qua peccata nostra, *et si fuerint sicut phoenicum, tamquam nix dealbabuntur.* Laban quippe interpretatur dealbatio, cui seruuiuit Iacob propter Rachel, neque enim se quisque conuertit sub gratia remissionis peccatorum seruire iustitiae, nisi ut quiete uiuat in uerbo, ex quo uidetur principium, quod est deus. Ergo propter Rachel, non propter Liam, seruitur. Nam quis tandem amauerit in operibus iustitiae laborem actionum atque passionum? Quis eam uitam propter se ipsam expetierit, sicut nec Iacob Liam? Sed tamen sibi nocte suppositam in usum generandi amplexus, fecunditatem eius expertus est. Dominus enim eam, quia per se ipsam diligi non

1862 Sap. 9.14 1865 Gen. 29.17 1867 Is. 1.18

1858 Lia namque - 1899 eruditione labor] Aug., *C. Faust.* 22.52, CSEL 25/1.645,19-647,16

1848 habebat] habuit Aug. 1849 facilius apparet quod dicitur] apparet quod dicitur facilius *F* 1850 ancillae filius] filius ancillae *F* 1852 Vnde] Vnde et *A* 1857 delectationem] delectatione *F* 1857 contemplamur] contemplabimur Aug. 1859 Actio ergo huius uitae] Actiuia ergo haec uita *F* 1860 quo] a quo *T* 1867 phoenicum *Aug.*] fenicum *AF* foenicum *T* 1869 conuertit] submittit *A* 1874 se ipsam] semetipsam *A* 1875 nocte] in nocte *A*

1850 259C

1855

1860

259D
260A

1865

1870

260B

1875

poterat, primo ut ad Rachel perueniretur, tolerari fecit, deinde propter filios commendauit. Ita uero unusquisque utilis dei seruus, sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus, quid aliud amans in sua conuersatione meditatur, nisi doctrinam sapientiae? Quam plerique se percepturos putant, statim ut se in septem praeceptis legis exercuerint, quae sunt de dilectione proximi, ne cuiquam noceatur, id est, *Honora patrem tuum et matrem. Non moechaberis. Non occides. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Non concupisces uxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui.* Quibus obseruatis, posteaquam homini pro concupita delectatione doctrinae, per temptationes uarias, quasi per huius saeculi noctem, tolerantia laboris adhaeserit, uelut pro Rachel Liaet inopinata coniungitur. Et hanc sustinet, ut ad illam perueniat, si perseveranter amat, acceptis aliis septem praeceptis, ac si dicatur, *Serui alios septem annos propter Rachel,* ut sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens, sitiensque iustitiam, misericors, mundi cordis, pacificus. Velle enim homo, si fieri posset, sine ulla tolerantia laboris, quae in agendo patiendoque amplectenda est, statim ad pulchrae contemplationis delicias peruenire. Sed hoc non potest in terra morientium. Hoc enim uidetur significare, quod dictum est ad Iacob, *Non est moris in hoc loco, ut minor habeatur prius quam maior.* Quia non absurde maior appellatur, quae tempore prior est. Prior est autem in hominis eruditione labor boni operis, quam requies contemplationis.

Ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa ferenda sunt. Itaque duae sunt uxores Iacob liberae. Ambae quippe sunt filiae remissionis peccatorum, hoc est, dealbationis, quod est Laban. Verumtamen una amatur, *alia* toleratur. Sed quae toleratur ipsa prius et uberior fecundatur, ut si non propter se ipsam, certe propter filios diligatur. Labores enim iustorum maximum fructum habent in eis quos regno dei generant, inter multas temptationes et

1880

260C

1885

1890

1895

260D

261A

1900

1905

1883 Ex. 20.12-17 1891 Gen. 29.18 1891 cf. Mt. 5.3-9 1897 Gen. 29.26

1901 Ad unum - 1912 Christum crucifixum] Aug., *C. Faust.* 22.53-54, CSEL 25/1.648, 19-649, 41890 si] si ei *T* 1896 significare] significari *F* 1899 Prior] Prius *F* 1899 autem] enim *F* 1901 unum] hoc *A* 1906 Labores] Labor *F* Aug.

tribulationes praedicando euangelium, et eos propter quos sunt in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus saepius, propter quos habent foris pugnas, intus timores, gaudium et coronam suam uocant. Nascuntur autem eis facilius atque copiosius ex illo sermone fidei quo praedicant Christum crucifixum.

Rachel autem clara aspectu mente excedit deo, et uidet in principio uerbum deum apud deum, et uult parere, et non potest, quia *generationem eius quis enarrabit?* Ideoque contemplandi otia appetit, ut diuinitatem ineffabilem cernat. Vacare uult ab omni negotio, et ideo sterilis, quia in uariis pressuris non subuenit. Sed quia et ipsa *interdum* procreandi caritate inardescit, uult enim docere quod nouit, uidet sororem labore agendi filiis abundantem, et dolet potius currere homines ad eam uirtutem, qua eorum necessitatibus consulitur, quam ad illam unde diuinum aliquid discitur. Hic dolor figuratus uidetur in eo quod scriptum est, *Et zelauit Rachel sororem suam.* Proinde quia purus intellectus spiritalis substantiae uerbis carne editis exprimi non potest, eligit doctrina sapientiae per quaslibet corporeas similitudines, insinuare diuina, sicut elegit Rachel ex uiro suo et ancilla suspicere filios, quam sine filiis omnino remanere. Balla quippe, ancilla Rachel, interpretatur inueterata. De ueteri quippe uita carnalibus sensibus dedita corporeae concitantur imagines, etiam cum aliquid de spiritali et incommutabili substantia diuinitatis auditur.

Suscipit et Lia de ancilla sua filios, amore habendi numerosioris prolis accensa. Inuenimus autem Zelpham eius ancillam interpretari os iens. Quapropter haec ancilla illos figurat quorum in pae-

1914 cf. Io. 1.1 1916 Is. 53.8 1923 Gen. 30.1

1914 Rachel autem - 1916 quis enarrabit] Aug., *C. Faust.* 22.54, CSEL 25/1.649,6-9 1917 diuinitatem ineffabilem - 1918 ideo sterilis] Aug., *C. Faust.* 22.54, CSEL 25/1.649,12-13 1918 quia in - 1931 diuinitatis auditur] Aug., *C. Faust.* 22.54-55, CSEL 25/1.649,15-650,8 1932 Suscipit - 1945 permittit] Aug., *C. Faust.* 22.55-56, CSEL 25/1.650,9-651,3

1915 parere] parturire *A* 1916 contemplandi otia *T*] cum contemplandi otia *A* effectum contemplandi etiam *F* 1921 qua] quae *AFT* 1922 discitur *A* *Aug.*] dicitur *FT* 1924 intellectus] intellegitur *A* 1928 remanere] manere *T* 1933 Zelpham] Zelfan *AT* Zelfam *F* 1934 iens] abiens *F* 1934 haec ancilla] ancilla haec *A*

261B

1910

1915

1920 261C

1925

1930 261D

dicatione fidei euangelicae os eat, et cor non eat, de quibus scriptum est, *Populus hic labiis me honorat. Cor autem eorum longe est a me.* Et de quibus Apostolus dicit, *Qui praedicas non furandum, furaris.* Verumtamen ut etiam per hanc conditionem libera illa uxor Iacob laborans filios haeredes regni suscipiat, ideo dominus dicit, *Quae dicunt, facite. Quae autem faciunt, facere nolite.* Vnde et Apostolus, *Siue, inquit, occasione, siue ueritate Christus adnuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo, tamquam et ancilla pariente, de prole numerosiore laetata.* Est uero quidam Liae fetus ex beneficio Rachel editus, cum uirum suum secum debita nocte cubiturum, acceptis a filio Liae mandragoricis malis, cum sorore cubare permittit.

Quid enim de mandragora dicendum est? Proinde rem comperi pulchram, et suave olenem, sapore autem insipido. Et ideo in illo mandragorico pomo figurari intellegam famam bonam popularem, unde dicit Apostolus, *Oportet etiam testimonium habere bonum ab eis qui foris sunt.* Qui licet parum sapient, reddunt tamen plerumque labori eorum per quos sibi consulitur, et splendorem laudis, et odorem bonae opinionis, nec ad istam gloriam popularem primi perueniunt eorum qui sunt in ecclesia, nisi quicunque in actionum periculis et labore uersantur. Propterea Liae filius mala mandragorica inuenit exiens in agrum, id est, honeste ambulans ad eos, qui foris sunt. Doctrina uero illa sapientiae quae a uulgi strepitu remotissima in contemplatione ueritatis dulci delectatione defigitur, hanc popularem gloriam quantulumcumque non asseretur, nisi per eos, qui in mediis turbis agendo ac suadendo populis praeuent, quia dum isti actuosi et negotiosi homines, per

1935 262A

1940

262B

1945

1950

1955

262C

1960

1936 Mt. 15.8 1937 Rom. 2.21 1939 Mt. 23.3 1941 Phil. 1.18 1950 1 Tim.
3.7

1947 Proinde rem - 1948 Et ideo] Aug., *C. Faust. 22.56*, CSEL 25/1.651,18-19 1948
illo mandragorico - 1949 popularem] Aug., *C. Faust. 22.56*, CSEL 25/1.652,1-
3 1950 unde dicit - 1972 amplexo] Aug., *C. Faust. 22.56*, CSEL 25/1.652,6-
653,3

1935 fidei] fides *T* 1935 eat *A*] habent Fierat Terat *L* 1935 eat² *A*] habent Fierat
T erat *L* 1935 quibus] qualibus *T* 1938 ut etiam per hanc] per hanc etiam
F 1940 dicunt] dicunt pharisei *A* 1943 laetata *Aug.*] laetata est *F* laetatur
AT 1949 famam bonam popularem] fama bona popularis *A* 1959 quantulum-
cumque] quantulacumque *Aug.*

quos multitudinis administratur utilitas, et quorum auctoritas populis cara est, testimonium perhibent etiam uitae propter studium conquirendae et contemplandae ueritatis otiosae, quodam modo mala mandragorica per Liam perueniunt ad Rachel. Ad ipsam uero Liam per filium primogenitum, id est, per honorem fecunditatis eius, in qua est omnis fructus laboriosae atque inter incerta temptationum periclitantis actionis. Quam plerique bono ingenio praediti, studioque flagrantes, quamuis idonei regendis populis esse possint, tamen evitant propter turbulentas occupationes, et in doctrinae otium toto pectore tamquam in speciosae Rachel feruntur amplexu.

Sed quia bonum est, ut etiam haec uita latius innotescens popularem gloriam mereatur, iniustum est autem ut eam consequatur, si amatorem suum administrandis ecclesiasticis curis aptum et idoneum in otio detinet, nec gubernationi communis utilitatis imperit, propterea Lia sorori suae dicit, *Parum est tibi, quod uirum meum accepisti, insuper et mandragoras filii mei uis accipere?* Per unum uirum significans eos omnes qui, cum sint agendi uirtute habiles et digni, quibus regimen ecclesiae committatur ad dispensandum fidei sacramentum, illi accensi studio doctrinae atque indagandae et contemplandae sapientiae, se ab omnibus actionum molestiis remouere atque in otio discendi atque docendi considerare uolunt. Ita ergo dictum est, *Parum est tibi quod accepisti uirum meum, insuper et mandragoras filii mei uis accipere?* ac si diceretur, Parum est quod homines ad laborem rerum gerendarum necessarios in otio detinet uita studiorum, insuper et popularem gloriam requirit.

1977 Gen. 30.13-15 1984 Gen. 30.13-15

1973 Sed quia - 1988 requirit] Aug., *C. Faust. 22.57*, CSEL 25/1.653,4-20

1962 auctoritas populis cara *Aug.*] populis auctoritas cara auctoritas populis cura *FT* 1972 amplexu *A]* amplexum *Aug.* amplexus *FT* 1973 Sed *A Aug.*] Et *FT* 1973 ut etiam] etiam ut *F* 1976 detinet] retinet *F* 1976 utilitatis] humilitatis *F* 1977 est tibi] tibi est *A* 1979 eos omnes] omnes eos *F* 1983 atque *A*] ac *Aug.* aut *FT* 1983 considerare *A]* condere *Aug.* considerare *F* consedere *T* 1984 Ita ergo dictum est *T Aug.*] Quod autem dicit Lia ad Rachel *A* Ergo dictum est *F* 1986 Parum est] Non solum *F* 1987 in otio detinet] detinet in otio *A* 1987 uita] haec uita *F*

1965

262D

1970

263A

1975

1980

263B

1985

Proinde, ut eam iuste comparet, impertit Rachel uirum sorori suae illa nocte, ut scilicet qui uirtute laboriosa regimini populorum accommodati sunt, etiam si scientiae uacare delegerant, suscipiant experientiam temptationum curarumque sarcinam pro utilitate communi, ne ipsa doctrina sapientiae, cui uacare statuerant, blasphemetur, neque adipiscatur ad imperitoribus populis existimationem bonam, quod illa poma significant, et quod necessarium est ad exhortationem dissentium. Sed plane ut hanc curam suscipiant ui coguntur, satis et hoc significatum est, quod cum ueniret de agro Iacob, occurrit ei Lia, eumque detinens, ait, *Ad me intrabis, conduxi enim te pro mandragoris filii mei.* Tamquam diceret, Doctrinae, quam diligis, uis conferre bonam opinionem? Noli defugere officiosum laborem. Haec in ecclesia geri quisquis aduerterit cernit, et experimur in exemplis quod intellegamus in libris. Quis non uideat hoc geri toto orbe terrarum, uenire omnes ab operibus saeculi, et ire in otium cognoscendae et contemplandae ueritatis, tamquam in amplexu Rachel, et excipi de transuerso ecclesiastica necessitate atque ordinari in laborem, tamquam Lia dicente, *Ad me intrabis?* Quibus caste mysterium dei dispensantibus, ut in nocte huius saeculi filios generent fidei, laudatur a populis etiam illa uita, cuius amore conuersi spem saeculi reliquerunt, et ex cuius professione ad misericordiam regendae plebis assumpti sunt. Id enim agunt in omnibus laboribus suis, ut illa professio qua se conuertant (quia tales rectores populi dedit) latius et clarius glorificetur, tamquam Iacob non recusante noctem Lia, ut Rachel pomis suaue olentibus et clare nitentibus potiatur. Quae aliquando et ipsa, praestante misericordia dei, per se ipsam parit. Vix tandem quidem, quia perrarum est, ut, *In principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum, et quidquid de hac re pie sapienterque dicitur, sine phantasmate carnalis cogitationis et salubriter uel ex parte capiatur.*

1990

1995 ^{263C}

2000

2005 ^{263D}

2010

^{264A}

2015

1998 Gen. 30.16 2006 Gen. 30.15 2016 Io. 1.1

1989 Proinde - 2019 capiatur] Aug., *C. Faust.* 22.58, CSEL 25/1.653,21-654,26

1991 delegerant *A Aug.] dilexerant F dilegerent T 1994 neque adipiscatur]* *om.*
F 2000 conferre] *conferri Aug. 2005 amplexu]* *amplexum F 2005 de transuerso]* *extra uero F 2006 necessitate]* *necessitate* *alios F 2018 phantasmate]*
phantasmate AFT

Alio quoque sensu Liam et Rachel Victorinus martyr et ceteri in similitudine ecclesiae uel synagogae interpretati sunt. Liam enim maiorem natu synagogae tenuisse existimant typum, quia prior dei genuit populum. Et quidem et oculis legitur grauida, quia lex per Moysen data, cooperta est atque signata. Rachel autem iunior et pulchra, prius sterilis, et postmodum fecunda, similitudo est ecclesiae. Iunior, quia tempore posterior. Pulchra, quia sancta corpore et spiritu. Oculi eius decori, quia euangelium prospicere meruerunt. Quae etiam tamdiu sterilis fuit, quousque synagoga populum generauit.

Cur autem Iacob pro Rachel seruuiuit, et supponitur ei Lia maior, nisi quia dominus, ut ecclesiam adsumeret, prius synagogam sibi coniunxit? Seruitus itaque ipse Iacob septem annorum pro duabus uxoribus huius uitae praesentis tempus significat, quia per septem dies uoluitur, in quo dominus formam serui accepit, factus obediens paternae uoluntati usque ad mortem. Ille enim pro ouibus seruit, et dominus noster ait, *Non uenit filius hominis ministrari, sed ministrare*. Ille oues pauit, et dominus in euangeliō dicit, *Ego sum pastor bonus*. Ille mercedis lucro uarium sibi pecus abstulit, Christus diuersarum gentium uarietatem sibimet congregauit. Ille tres uirgas amputatis corticibus in alueis aquarum opposuit, ut earum contemplatione multiplicarentur eius oues. Et dominus noster in aqua baptismatis trium personarum nomina patris et filii et spiritus sancti, populo fideli proposuit, ut quisque haec pleno corde perspexerit, efficiatur ouis dei.

Gen. 31.13, 31.35,
31.46-48

XXVI

2020 2020-2044
Victorinus

264B

2025

2035 264C

2040

264D

2045

Post longam igitur seruitutem quam Iacob apud sacerum suum pro uxoribus uel mercede sustinuit, praecepit ei deus ut reuertere-

2036 Mt. 20.28 2038 Io. 10.11 2046 Gen. 31.13

2020 Victorinus martyr] cf. M. Dulaey, *Victorin de Poetovio: Premier exégète latin* (Paris, 1993)

2020 Alio quoque sensu Liam et Rachel] *om. A* 2020 ceteri] ceteri Liam et Rachel *A* 2021 similitudine] similitudinem *F* 2021 Liam] Lia *F* 2022 maiorem] maiore *A* maior *FT* 2022 existimant] existimabant *T* 2022 quia] quae *F* 2023 Et] Haec *F* 2024 cooperta] quod operta *T* 2025 postmodum] postea *A* 2026 sancta corpore et spiritu] corpore et spiritu sancta *T* 2027 quia] quae *T* 2027 prospicere *F*] respicere *A* perspicere *T* 2030 Cur] Quui *AT* 2042 personarum *T*] potestatum *A* potestatum (personarum *supra lineam*) *F* 2042 patris et filii et spiritus sancti] *om. A*

tur in patriam suam. Tunc, ignorante socero, cum uxoribus comitatus properauit. Laban autem consecutus est, eum in monte Galaad *cum furore atque idola*, quae Rachel furauerat apud eum ²⁰⁵⁰ requisivit, nec reperit. Quid ergo sibi hoc ipsud figuraliter uelit. Dum enim Laban superius aliam gerat personam, nunc tamen dia-boli typum figurat.

Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem diabolus non inconuenienter accipitur, qui cum sit tenebrosus ex merito, transfigurat se uelut angelum lucis. Huic seruuiuit Iacob, id est, ex parte reproborum iudaicus populus, ex cuius carne incarnatus dominus uenit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Iacob persequitur, quia electos quosque qui redemp-toris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Huius filiam, id est, seu mundi, seu diaboli, Iacob abstulit, cum sibi Christus ecclesiam ex gentilitate coniunxit. Quam et de domo patris abstrahit, quia ei per prophetam dicit, *Obliuiscere populum tuum, et domum patris tui.* Quid uero in idolis, nisi auaritia designatur? Vnde per Paulum dicitur, *Auaritia quae est idolorum seruitus.* Laban ergo ueniens apud Iacob idolum non inuenit, quia ostensis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro uestigia concupiscentiae terrenae non reperit. Sed quae Iacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe, quae ouis dicitur, ecclesia figuratur. Sedere autem est humilitatem paenitentiae appetere, sicut scriptum est, *Surgite, postquam sederitis.* Rachel ergo sedendo idola cooperuit, quia sancta ecclesia Christum sequens, uitia terrenae concupiscentiae per humilitatem paenitentiae cooperuit. De hac coopertione uitiorum per prophetam dicitur, *Beati quorum*

2050 Gen. 31.19 2056 2 Cor. 11.14 2063 Ps. 44.11 2065 Col. 3.5, cf. Eph. 5.5 2071 Ps. 126.2 2074 Ps. 31.1

2050 cum furore - 2051 requisivit] Greg., *Mor.* 30.25, CCSL 143B.1539,17 2054
Laban - 2082 accidit mihi] Greg., *Mor.* 30.25, CCSL 143B.1539,17-1540,48

2049 monte *FT*] montem *A* 2051 uelit *F*] uellit *AT* 2052 gerat] gerit *A* 2055
inconuenienter] inconuenienter in hoc loco *A* 2057 incarnatus *T*] natus *A* incarnatus *F* 2058 uenit] ueniens *F* 2059 persequitur *T* [Greg.] sequitur *AF* 2064 in idolis *FT*] per idola *A* 2065 Vnde] Vnde et *F* 2065 Auaritia] Et auaritia *T* 2068 Sed quae Iacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per] *om.* *F* 2069 quae] et quae *A* 2071 sedendo idola *A*] idola sedendo *FT* 2072 uitia *F*] uitium *AT* 2073 paenitentiae cooperuit] cooperuit paenitentiae *A*

remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Nos igitur 2075

Rachel illa significauit, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiae paenitendo damnamus. Quae utique auaritiae immunditia non illis, qui uiriliter currunt, quibus dicitur, *Viriliter agite, et confortetur cor uestrum.* Sed his maxime euenit qui, quasi effeminato gressu gradientes per blandimenta saeculi resoluuntur. Vnde et illic eiusdem Rachelis haec uerba sunt, *Iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi,* id est, quasi muliebria se habere innotuit.

Laban autem postquam persecutus est Iacob, et inuenisset eum, et locuti essent inter se ineuentes foedus, *Tulit Iacob lapidem, et erexit illum in titulum, dixitque fratribus suis, Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, quem et uocauit Laban tumulum testis, et Iacob aceruum testimonii.* Inter fideles enim, tam Iudeos, quam gentes, testis est lapis eminens in similitudinem Christi, et aceruu lapidum, qui est multitudo credentium.

Gen. 32.3

XXVII

2090

His transactis, Iacob mittit nuntios ad Esau fratrem suum, mittit et munera. Post haec, transductis omnibus suis per torrentem, ipse remansit solus.

Et ecce uir luctabatur cum illo, praeualuitque ei Iacob, nec dimisit eum, nisi benedictionem extorqueret *sacrumque Israel nomen acciperet.* In quo principaliter sacramenti dominici imago praefigurata est. Vir enim ille typum Christi euidentissime gesserat. Cui tamen ideo praeualuit Iacob utique uolenti, ut mysterium figuraret passionis domini, ubi uisus est Iacob in Iudeorum typo, hoc est, in corporis sui subole praeualuisse deo, et quasi cum infirmo, ita cum carne eius luctamen inire, et inualescere in passione eius, sicut scriptum est, cum dicerent, *Crucifige, crucifige.* Et tamen Iacob benedictionem ab eodem angelo, quem uictor supera-

2095

266B

2100

2078 Ps. 30.25 2081 Gen. 31.35 2084 Gen. 31.46-48 2091 Gen. 32.3 2102 Lc. 23.31, Io. 19.6

2094 luctabatur - 2097 praefigurata est] Paul. Nol., *Ep. 24.8*, CSEL 29/1.207,10-13 2097 typum - 2098 figuraret] Aug., *De ciu. dei* 16.39, CCSL 48.545,4-6 2099 Iacob - 2102 crucifige] Paul. Nol., *Ep. 24.8*, CSEL 29/1.207,14-17 2102 Et tamen - 2111 stirpe] Aug., *De ciu. dei* 16.39, CCSL 48.545,7-16

2076 premissus] oppremimus *F* 2078 currunt] currunt impedit *T* 2087 enim] enim credibiles *A* 2092 omnibus] hominibus *A* 2093 ipse] atque ipse *A* 2095 sacramque *T*] sacramatumque *A* sacramentoque *F* sacramatum *Paul.* 2096 quo] quo facto *A* 2099 ubi] ibi *A*

uerat, impetravit. Cuius nominis impositio, utique benedictio fuit. Interpretatur autem Israel, uidens deum, quod erit in fine prae-
mium sanctorum omnium. Tetigit porro illi idem angelus lati-
tudinem femoris, et claudum reddidit. Sicque erat unus atque
idem Iacob, et benedictus et claudus. Benedictus, in eis qui in
Christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus clau-
dus. Nam femoris nerus, uel latitudo, generis multitudo est.
Plures quippe sunt in ea stirpe, qui degenerantes a fide patrum et a
praeceptis auctoris sui deuiantes, in erroris sui semitis claudicant.
De quibus prophetice dictum est, *Et claudicauerunt a semitis suis.*

Qui tamen populus post tactis sibi uiribus, non solum claudicat,
sed et torpescit, ne ultra iam generare filios possit. Denique quod
adiecit idem patriarcha, uidisse deum facie ad faciem, cum superius
uirum secum narret fuisse luctatum, id significat quia idem deus
homo erat futurus qui cum Iacob populo luctaretur.

Gen. 34.1-20, 35.1,
35.22

Post haec Emor filius Sichem Dinam filiam Iacob uiolauit. Qui
post concubitum eius familiae Israel uoluerat sociari. Quem
Simeon et Leui fratres, uirginitatis sororis uindices, dolo cum omni
populo eius interfecerunt.

Sed quid sibi uelit, quod scriptum est, *Egressa est Dina, ut uideret
mulieres regionis illius. Quam cum uidisset Sichem, filius Emor, Euei
princeps terrae illius, adamauit et rapuit, dormiuit cum illa, ui oppri-
mens uirginem, et conglutinata est anima eius cum ea, tristernque
blanditiis deliniuit.* Dina quippe ut mulieres uideat extraneae regio-
nis egreditur, quando unaquaque mens sua studia negligens,
actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem pro-
prium euagatur. Quam Sichem, princeps terrae, opprimit, quia
uidelicet inuentam in curis exterioribus diabolus corrupdit. *Et
adglutinata est anima eius cum ea,* quia unitam sibi per iniquitatem

2102 Mt. 15.13, Lc. 23.21, Io. 19.6 2113 Ps. 17.46 2116 Gen. 32.30 2120 Gen.
34.1 2121 Gen. 34.20 2124 Gen. 34.1-3 2133 Gen. 34.3

2111 degenerantes - 2112 claudicant] Paul. Nol., *Ep. 24.8*, CSEL 29/1.208,13-
16 2113 De quibus - semitis suis] Aug., *De ciu. dei* 16.39, CCSL 48.545,16-
17 2120 Emor - 2121 sociari] Ruf., *De bened. patr. 2.7*, CCSL 20.207,8-10 2124
Egressa - 2143 in delictis] Greg., *Reg. past. 3.29*, PL 77.108BC

2120 Post haec] Interea A 2126 dormiuit A] et dormiuit F dormiuitque T 2131
euagatur] uagatur Greg. 2133 adglutinata] conglutinata Greg.

2105

266C

2110

2114-2118
Victorinus

2115

266D

267A

2120

2125

2130

respicit, et quia cum mens a culpa resipiscit, addicitur, atque admissum flere conatur. Corruptor autem spes ac securitates uacuas ante oculos uocat, quatenus utilitatem tristitiae subtrahat, recte illic adiungitur, *Tristemque blanditiis delinit*. Modo enim aliorum facta grauiora, modo nil esse quod perpetratum est, modo misericordem deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad paenitentiam pollicetur. Vt dum per haec decepta mens ducitur, ab intentione paenitentiae suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala nulla contristant, et tunc plenius obruatur suppliciis, quae nunc etiam gaudet in delictis.

Dehinc loquitur deus ad Iacob, ut habitaret in Bethel. Ibi Rachel cum pareret Benjamin, mortua est. Sed quid sibi uult, cum eumdem Benjamin Rachel pareret, uocauit nomen eius, *Filius doloris mei*, nisi futurum prophetans ex ea tribu Paulum, qui adfligeret filios ecclesiae persecutionis sua tempore? Aliter per Benjamin terrestris figurabatur Ierusalem, quae est in tribu eiusdem Benjamin, cuius populus *graui matrem dolore* affecit, effundendo sanguinem prophetarum. Insuper etiam in necem Christi impiis adclamando uocibus, *Sanguis huius super nos, et super filios nostros*.

Interea Ruben concupiscentia motus libidinis, in *concubinam patris sui* praeceps efferbuit, quod incesti crimen non scriberetur, nisi futura peruersitas populi pronuntiaretur. Quamquam et in illo qui hoc commisit consideretur esse flagitium, in scripturis autem prophetia est futurorum. Namque per Ruben primogenitum populus primogenitus Israel ex circumcisione significatur, qui torum concubinae polluit, id est, legem ueteris testamenti quam saepe praeuaricando commaculauit. Quod autem in concubina lex ueteris testamenti ponatur, Paulus edocuit, dicens, *Abraham duos*

2135 267B

2140

2145

267C

2150

2155 267D

2160

268A

2137 Gen. 34.3 2144 Gen. 35.1 2146 Gen. 35.18 2152 Mt. 27.25 2153 Gen. 35.22 2161 Gal. 4.22

2145 Rachel - 2148 tempore] Ambr., *De patr.* 12.57, CSEL 32/2.159,3-5 2150 graui matem dolore] Ambr., *De patr.* 12.57, CSEL 32/2.159,5-6 2153 libidinis - 2154 efferbuit] Ruf., *De bened. patr.* 2.4, CCSL 20.206,6-7 2157 Ruben - 2158 circumcisione] Greg. Illib., *Tract.* 6.3, CCSL 69.43,22-23 2158 torum - 2166 Christo] Ruf., *De bened. patr.* 2.5, CCSL 20.206,10-18

2134 mens a culpa resipiscit] in mensam culpam respicit A 2138 nil] nihil F 2152 adclamando uocibus] uocibus adclamando A 2156 commisit] commiserat A 2158 torum] thorum AFT 2161 ponatur] om. F

filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera. Haec autem sunt duo testamenta. In quo Agar, quae concubina fuit, in ueteris testamenti ponitur typum. Vna est enim perfecta columba genitricis suae, quae uirgo casta, regina, sponsa regia ecclesiae per euangelium iungitur Christo. 2165

Gen. 38.6-24

Iam deinde Iudee factum consideremus, qui cum sua nuru conubuit, quid significauerit futurorum. In Thamar ergo nuru Iudee intellegitur plebs Iudea, cui de tribu Iuda reges tamquam mariti adhibebantur. Merito nomen eius amaritudo interpretatur. Ipsa enim domino fellis poculum dedit. Duo autem genera principum, qui non recte operabantur in plebe, unum eorum qui oberant, alterum eorum qui nihil proderant, significantur in duobus filiis Iudee, quorum unus erat malignus uel saeuus ante deum, alter in terra fundebat semen, ne semen daret ad fecundandam Thamar. Nec sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi humano, unum nocentium, alterum praestare nolentium, et, si quid boni habent in hac terrena uita perdentium, tamquam in terra fundentium. Et quia in malo prior est ille qui nocet quam ille qui non prodest, ideo maior dicitur malignus ille et sequens, qui fundebat in terram. Nomen quoque maioris, qui uocabatur Her, interpretatur pellicius, qualibus tunicis induiti sunt primi homines, in poenam damnationis suae dimissi ex paradiſo. Sequentis autem nomen, qui uocabatur Onan, interpretatur maeror eorum. Quorum, nisi quibus nihil prodest, cum habeat unde prodesse possit, atque id perdat in terra? Maius porro malum est ablatae uitae, quod significat pellis, quam non adiutae, quod significat maeror eorum. Deus tamen ambos occidisse dictus est. Vbi figuratur reg-

2168 Gen. 38.6-24

2168 Iudee factum - 2169 futurorum] Aug., *C. Faust.* 22.83, CSEL 25/1.685,7-8
2169 In Thamar - 2211 damnauerunt] Aug., *C. Faust.* 22.84, CSEL 25/1.687,1-688,22

2162 filios] *om. A* 2162 sunt duo] duo sunt *F* 2165 regia *F*] regis *A* regi *T* 2168
deinde *FT*] inde *A* 2169 futurorum *AT*] futurum *F* 2174 alterum eorum qui
nihil proderant] *om. F* 2175 in terra fundebat semen] semen in terra fundebat
A 2180 quia] quoniam *Aug.* 2181 maior dicitur malignus] malignus dicitur ma-
ior *A* 2185 maeror *Aug.*] memor *AT* 2187 Maius] Magis *A* 2188 pellis] pelli-
cius *Aug.* 2188 maeror *Aug.*] memor *AT*

2170

268B

2175

2180

268C

2185

num talibus hominibus abstulisse. Tertius uero filius Iudei, quod illi mulieri non iungitur, significat tempus ex quo reges plebi Iudeorum coeperunt de tribu Iuda non fieri. Et ideo erat quidem filius Iudei, sed eum maritum Thamar non accipiebat, quia erat eadem tribus Iuda, sed iam in populo inde nemo regnabat. Vnde et nomen eius, id est, Selo interpretatur dimissio eius. Non pertinent sane ad hanc significationem uiri sancti et iusti, qui licet illo tempore fuerint, ad nouum tamen pertinent testamentum, cui prophetando scienter utiles fuerunt, qualis Dauid fuit eo sane tempore quo iam Iudea cooperat reges ex tribu Iuda non habere. Non est computandus Herodes maior in regibus eius, tamquam maritus Thamar. Erat enim alienigena, nec ei sacramento illo mysticae unctionis, tamquam coniugali foedere, cohaerebat, sed tamquam extraneus dominabatur, quam potestatem a Romanis et a Caesare acceperat, sic et eius filii tetrarchae, quorum erat unus Herodes patris nomine appellatus, qui cum Pilato in passione domini concordauit. Isti ergo alienigenae usque adeo non deputabantur in regno illo mystico Iudeorum, ut ipsi Iudei publice clamarent frendentes aduersus Christum, *Nos non habemus regem, nisi Caesarem.* Neque hoc uerum, nisi illa uniuersali dominatione Romanorum. Quippe etiam Caesar rex erat, non proprie Iudeorum, sed ut Christum negarent, et hunc adorarent, ideo se tali uoce damnauerunt.

Illo enim tempore, quo iam de tribu Iuda regnum defecerat, uenientium erat Christo uero saluatori domino nostro, qui non obesset, multumque prodesset. Sic enim fuerat prophetatum, *Non deficit princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat, qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium.* Iam isto tempore omne quoque magisterium Iudeorum et mystica, unde Christi uocabantur, unctionis ipsa defecerat, secundum prophetiam etiam Danielis. Tunc uenit cui repositum erat, exspectatio gentium et

2190

268D

2195

269A

2200

2205

2210 269B

2215

2220

2208 Io. 19.15 2215 Gen. 49.10 2220 cf. Dan. 9.24

2213 Illo enim - 2243 detonsarum] Aug., C. Faust. 22.85, CSEL 25/1.688,23-690,5

2193 maritum Thamar *F*] Thamar maritum *AT* 2194 iam] *om. A* 2195 Selo *F*
Solos *T* Sela *A* Selom *Aug.* 2208 aduersus *FT Aug.] aduersum A* 2211 hunc ado-
rarent] huic adularent *Aug.*

unctus est sanctus sanctorum *oleo exultationis p[re]a participibus suis.*
 Natus est enim Herodis maioris tempore, passus est autem Herodis minoris tetrarchae. Huius itaque uenientis ad oues, quae perierant domus Israel, figuram gessit ipse Iudas, cum iret ad tondendas oues suas in Thamna, quod interpretatur deficiens. Iam enim defecerat princeps ex Iuda, et omne magisterium, atque unctio Iudeorum, donec ueniret cui repositum erat. Venit autem cum suo pastore Odallamite, cui nomen erat Iras. Et interpretatur Odallamites testimonium in aqua. Cum hoc plane testimonio dominus uenit, habens quidem testimonium maius Iohanne, sed tamen propter oues infirmas hoc testimonio est usus in aqua. Nam et ipse Iras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur fratr[is] mei uisio. Vedit omnino fratrem suum Iohannes, fratrem secundum semen Abrahae, secundum cognitionem Mariae matris eius et Elisabeth matris suae eumdemque dominum et deum suum, quia sicut ipse ait, *Ex plenitudine eius accepit.* Vedit omnino et ideo *in natis mulierum maior illo non surrexit*, quia ex omnibus praenuntiantibus Christum ipse uidit, quod multi iusti et prophetae cupierunt uidere et non uiderunt. Salutauit ex utero, agnouit perfectius ex columba, et ideo tamquam Odallamites uere testimonium perhibuit in aqua. Venit autem dominus ad oues tondendas, hoc est, exonerandas sarcinis peccatorum, ex quibus ecclesiae laudatae in Canticis cantorum dentes essent, uelut grex detonsarum.

Iam deinde Thamar habitum mutat, nam et commutans interpretatur Thamar; mutat habitum, mutat et nomen, et fit de synagoga ecclesia. Sed in ea prorsus nomen amaritudinis maneat, non illius amaritudinis, in qua domino fel ministrauit, sed illius in qua Petrus amare fleuit. Nam et Iuda latine confessio est. Confessioni

2221 Ps. 44.8 2236 Io. 1.16 2236 Mt. 11.11 2243 Cant. 4.2

2244 Iam deinde Thamar - 2273 fatebuntur] Aug., C. Faust. 22.86, CSEL 25/1.690,6-691,13

2222 maioris] minoris T 2222 autem] enim A 2223 minoris] maioris Aug. 2225 Thamna F Aug.] Thamana A Tamna T 2228 Iras A Aug.] Hiras FT 2229 aqua T Aug.] aquas A aquam F 2232 Iras A Aug.] Hiras FT 2235 Elisabeth F Aug.] Helisabeth AT 2236 ideo in natis T Aug.] inter natos A inter natis F 2239 Salutauit ex utero, agnouit perfectius ex columba] Quem et in utero salutauit et in flumine per columbam cognouit A 2239 perfectius T Aug.] profectus F 2242 peccatorum] laboriosis Aug.

269C

2225

2230

269D

2235

270A

2240

270B

2245

ergo amaritudo misceatur, ut uera paenitentia praesignetur. Hac paenitentia fecundatur ecclesia in omnibus gentibus constituta. *Oportebat enim Christum pati, et resurgere tertia die, et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem.* Nam et ipse habitus meretricius confessio peccatorum est. Typum quippe ecclesiae gerit Thamar ex gentibus euocatae, sedens cum hoc habitu ad portam Eman, uel Enain, quod interpretatur fontes. Cucurrit enim, uelut ceruus ad fontes aquarum, peruenire ad semen Abrahae. Illic a non cognoscente fetatur, quia de illa praedictum est, *Populus, quem non cognoui, seruuit mihi.* Accepit in occulto anulum, monile et uirgam, uocatione significatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. *Quos enim praedestiuauit, illos et uocauit. Quos autem uocauit, illos et iustificauit. Et quos autem iustificauit, illos et glorificauit.* Sed haec, ut dixi, adhuc in occulto, ubi fit et conceptio sanctae ubertatis. Mittitur autem promissus haedus, tamquam meretrici, haedus exprobratio peccati, per eumdem Odallamitem, tamquam increpantem et dicentem, *Generatio uiperarum.* Sed non eam inuenit peccati exprobratio, quam mutauit confessionis amaritudo. Post uero iam publicis signis anuli, monilis et uirgæ, uicit temere iudicantes Iudeos, quorum iam personam Iudas ipse gestabat, qui hodieque dicunt, non hunc esse populum Christi, nec habere nos semen Abrahae, sed prolati certissimis documentis nostræ uocationis, iustificationis et glorificationis erubescunt, sine dubio et confundentur, et nos magis quam se iustificatos esse fatebuntur.

Pignora enim refert habere secum ecclesia. Accusaretur enim a Iudeis, quasi adulteratrix legis, sed ostendit uirgam, signum passionis et monile legis legitimæ et anulum pignus immortalitatis. Quod autem scriptura inducit parientem Thamar, et duos in utero geminos habentem, quorum **scilicet primus, qui dicitur Zara, misit**

2251 Lc. 24.46-47 2258 Ps. 17.45 2261 Rom. 8.30 2266 Mt. 3.7

2279 scilicet primus - 2282 manum] Hier., *In Galatas 2, PL 23.390D-391A*

2255 Eman *A*] Heman *F* Emana *T* Aenan *Aug.* 2256 Enain *A*] Enaim *Aug.* He-nain *F* Enahin *T* 2257 cognoscente] agnoscente *Aug.* 2268 publicis] publicatis *Aug.* 2268 monilis] munilis *AFT* 2269 gestabat *T Aug.*] gerebat *A* signabat *F* 2270 populum] plebem *A* 2275 enim] *om. A* 2278 scriptura inducit *T*] inducit scriptura *F* scriptura dicit *A* 2278 duos] duos filios *A*

2250

2255

^{270C}

2260

2265

2270 ^{270D}

2275 ²²⁷⁵⁻²²⁷⁷
Victorinus
^{271A}

manum suam, et obstetrix ligauit coccinum, et dehinc illo manum intrinsecus retrahente, posterior, qui Phares uocatur, porrexit manum, et nascendo praecessit, figuraliter congruit, quod ostenderit Israel in legis opera manum suam, et eam prophetarum et ipsius saluatoris pollutam crux contraxerit. Postea uero proruperit populus gentium, scilicet ut futuri essent nouissimi qui erant primi, et primi futuri essent qui erant nouissimi.

2280

271B

Gen. 37.3-49.1

xxx

Dehinc historia sequitur Ioseph, qui uenditus ab inuidentibus fratribus, in Aegyptum perductus atque ibidem sublimatus est. Ioseph unus ex duodecim filiis Iacob, quem pater praeceteris filiis dilexit, Christum dominum figurauit, quem deus pater secundum carnem natum ceteris fratribus ex Abraham stirpe primo genitus praetulit. Vnde et ibi dicitur, *Amabat eum Iacob, eo quod in senectute genuisset eum.* Senescenti enim mundo illucescens dei filius per Mariae virginis partum serus aduenit, tamquam filius senectutis, secundum sacramentum suscepti corporis, qui erat ante saecula semper apud patrem.

2285

Tunica autem polymita, quam fecit ei pater, uarietatem populorum ex omnibus gentibus in corpore Christi congregatam significauit.

2290

271C

Somnium uero illud, per quod *fratrum manipuli adoraerunt manipulum* eius, illud est, quod in Christo impletum est, *Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruent ei,* scilicet per

2295

2300

2285 Mt. 20.16 2293 Gen. 37.3 2298 Gen. 37.3 2301 cf. Gen. 37.5-8 2302 Ps. 71.II

2282 nascendo praecessit] Aug., *En. in Ps.* 77.9, CCSL 39.1074,46 2282 quod ostenderit - 2285 gentium] Hier., *In Galatas* 2, PL 23.391A 2285 futuri essent - 2286 nouissimi] Aug., *En. in Ps.* 77.9, CCSL 39.1074,40 2288 Ioseph - 2289 sublimatus] Aug., *De ciu. dei* 16.38, CCSL 48.545,70-71 2293 Amabat - 2297 patrem] Ambr., *De patr.* 11.48, CSEL 32/2.151,15-19 2301 fratrum - 2302 manipulum] Ambr., *De Ioseph* 2.7, CSEL 32/2.75,20-21

2283 opera] operae *Hier.* 2284 cruce] *om. A* 2288 Dehinc historia sequitur] Sequitur historia *A* 2288 inuidentibus] *om. T* 2290 Iacob] *om. F* 2291 dilexit] dixit *A* 2293 praetulit] praetulit et dilexit *F* 2294 illucescens] manifestus *A* 2295 partum serus] uterum seruus *F* 2296 saecula semper apud patrem *A*] saecula semper cum patre *F* sicut semper apud patrem *T* 2297 patrem *Ambr.*] patre *codices* 2304 offerentes] praeferentes *Ambr.*

fidem *fructum bonorum operum offerentes*. Ipse est, quem sol et luna et stellae adorant, *de quo sole dictum est, Laudate eum, sol et luna et omnes stellae*. Ipsum enim excellentia sanctorum in solis nomine, et ecclesiae claritas sub imagine lunae, et omnium populum numerositas in figura stellarum adorant. *Vnde et pater suus increpauit eum dicens, Numquid ego et mater tua, et fratres tui adorabimus te?* Obiurgatio ista patris duritiam populi Israel significat, qui pro eo quod *ex se natum Christum esse cognoscunt*, adorare contemnunt.

Iacob mittit Ioseph filium suum, ut de fratribus sollicitudinem gereret. Et deus pater misit unigenitum filium suum, ut genus humanum peccatis languidum uisitaret. Mittitur utique ab illo patre, *de quo scriptum est, Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati*, ut uideret si recte agerentur oves. Et dominus in euangelio, *Non ueni, inquit, nisi ad oves perditas domus Israel*.

Inuenit ergo Ioseph fratres suos in Dothain. Dothain interpretatur defectio. Vere in grandi defectione erant, qui de fraticidio cogitant, qui, cum uidissent Ioseph fratres sui procul, occidere eum cogitauerunt. Et Iudei uidentes uerum Ioseph, dominum Christum, ut eum crucifigerent, unum omnes consilio statuerunt, dicentes, *Crucifige eum. Fera pessima deuorauit eum*, id est, iudaica bestia interfecit eum, *de qua dominus in euangelio dicit, Ecce mitto uos, sicut oves in medio luporum*.

Nudauerunt Ioseph fratres sui tunica polymita et talari, et Iudei Christum per mortem crucis expolauerunt tunica corporali. Poly-

2304 cf. Gen. 37.9 2305 Ps. 148.3 2309 Gen. 37.10 2313 cf. Gen. 37.13 2316
 Rom. 8.3 2318 Mt. 15.24 2319 Gen. 37.17 2321 cf. Gen. 37.18 2324 Mc. 15.13,
 Lc. 23.21, Io. 19.6 2324 Gen. 37.33 2325 Lc. 10.3 2327 Gen. 37.23

2304 fructum - offerentes] Ambr., *De Ioseph* 2.8, CSEL 32/2.75.24 2305 de quo -
 2306 stellae] Ambr., *De Ioseph* 2.8, CSEL 32/2.75.13-14 2308 Vnde et pater - 2312
 adorare] Ambr., *De Ioseph* 2.8, CSEL 32/2.76.6-18 2313 Iacob - 2315 uisitaret] Caes., Ser. 89.1, CCSL 103.366,7-10 2315 Mittitur - 2318 Israel] Ambr., *De Ioseph* 3.9,
 CSEL 32/2.77.21-78.4; 77.4-6 2319 Inuenit - 2323 statuerunt] Caes., Ser. 89.2,
 CCSL 103.366,25-27 2324 iudaica bestia - 2326 luporum] Ambr., *De Ioseph* 3.15,
 CSEL 32/2.82.21-83.2 2327 fratres - 2328 corporali] Caes., Ser. 89.2, CCSL
 103.366,27-29

2305 sole] solo Ambr. 2315 utique F] om. AT 2318 perditas] quae perierunt
 A 2323 consilio A] consilium FT 2323 statuerunt] inierunt A 2324 Crucifige
 eum] om. A 2325 Ecce mitto uos, sicut oves in medio luporum] Ecce ego mitto
 uos agnos inter lupos Ambr.

2305

2310 271D
272A

2315

2320

272B

2325

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

mitam autem, id est, *decoratam omnium diuersitate uirtutum.*
Resparerunt tunicam haedi sanguine, quia falsis eum testimonii 2330
accusantes, *in inuidiam deduxere peccati omnium peccata donantem.*

Mittitur dehinc *in cisterna*, id est, in *laco*, et Christus expoliatus carne humana descendit in infernum. De *cisterna* quoque leuat us ille Ismaelitis, id est, gentibus uenditur, [Ioseph missus in puteum et eductus de puteo, quid aliud nisi mortem domini resurrectio nemque praeuidit?] et Christus, postea quam de inferno regreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ille per Iudea consilium triginta argenteis distrahitur, et Christus hic per consilium Iudea Iscariotis eodem numero uenundatur. 2340

Dehinc *Iacob posteritatis sua deplorans dispendia, quasi pater filium lugebat amissum, quasi propheta flebat interitum Iudeorum.* Denique scidit uestimentum suum, *quod in passione domini legimus factum a principe sacerdotum.* Sed et uelum tem pli scissum est, ut propheta et *nudatum suum populum, et diuisum ostenderet regnum.* 2345

Igitur Ioseph descendit in Aegyptum, et Christus in mundum. *Emit eum eunuchus, id est, castus in disciplinis euangelicis populus.*

Erat autem Ioseph pulchra facie. Sic et de Christo Dauid ait, Speciosus forma p[re]filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Sed mulier, inquit, *in eum oculos iniecit, ut adulterium cum illa perpetraret.* Ista mulier figura erat synagogae, quae saepe, sicut scriptum est, *Moechata est post deos alienos, similiter uolebat et Christum in*

2333 cf. Gen. 37.24 2334 cf. Gen. 37.28 2339 Gen. 37.28 2341 cf. Gen. 37.34 2343 Gen. 37.34 2347 cf. Gen. 37.28 2348 Gen. 39.1 2349 Gen. 39.6 2349 Ps. 44.3 2351 Gen. 39.7 2353 Deut. 31.16

2329 *decoratam - uirtutum]* Ambr., *De Ioseph* 3.15, CSEL 32/2.82,18 2330 Resparerunt - 2332 *donantem]* Ambr., *De Ioseph* 3.18, CSEL 32/2.84,14-17 2333 Mittitur dehinc - 2335 *uenditur]* Caes., *Ser.* 89.2, CCSL 103.366,29-31 2337 et Christus - 2340 *uenundatur]* Caes., *Ser.* 89.2, CCSL 103.366,33-367,2 2341 Iacob - 2346 *regnum]* Ambr., *De Ioseph* 3.18, CSEL 32/2.84,20-85,7 2347 Ioseph - mundum] Caes., *Ser.* 89.2, CCSL 103.367,7 2349 Sic et - 2356 maritus erat] Greg. Il lib., *Tract.* 5.18-20, CCSL 69.38,167-39,181

2333 *laco]* lacum *Caes.* 2335 Ioseph - 2337 *praeuidit A]* *om. alii* 2342 *lugebat]* flebat Ambr. 2342 *flebat FT Ambr.]* lugebat A 2344 *a principe]* per principem F 2345 *prophetal]* profanata mysteria Ambr. 2347 Ioseph descendit] descendit Ioseph A 2348 *disciplinis]* disciplinatus F 2350 *tuis A]* eius FT

2335 272C
2335-2337
Victorinus

2340

2348
Victorinus
272D
2350 273A

adulterii sui scelere retinere, ut negaret se esse deum, et Phariseorum magis et scribarum quam legis praecepta seruaret, quae illi uelut maritus erat. Christus autem non acquiescens illicitae doctrinae adulterinae synagogae, manu ueste corporis apprehensus, carnem exuit, et liber mortis in caelum ascendit. Calumniata est meretrix, ubi eum tenere non potuit, dicens, eo quod templum domini blasphemaret, et legis diceretur esse transgressor. Sed illum non cancer terruit, non inferna tenuerunt, quin etiam, ubi uelut puniendus descenderat, inde alios liberauit.

2355

Denique inuenit Ioseph duos eunuchos de domo regis in carcerem uinctos, duorum populorum credentium, uel incredulorum figuram significantes, qui conclusi sub peccato Adae, transgressione obnoxii tenebantur. Qui ideo eunuchi dicuntur, quia castam acceperant regulam disciplinae. *Eloquia*, inquit, *domini casta*. Denique post trinam lucem domino ab inferis resurgente, et legis obscura, ut Ioseph, somnia reuelante, solutus est a peccatis credentium populus, et de inferni carcere liberatus redditur in ministerio diuinae legis. Incredulus autem et impius populus Iudeorum, quia in conuersionis ligno non credidit, transgressionis ligno suspenditur, ut illi alteri contigit eunicho, qui Iudeorum imaginem indicauit.

2360

273B

Praeterea narrat Pharaon somnium interpretatur Ioseph. Sed quid significant septem anni, qui in septem spicis plenis, seu qui in septem uaccis pinguibus ostendebantur, nisi septem charismatum spiritualium dona, quibus ubertas fidei larga pietate redundat? At

2365

2370

273C

2375

2358 cf. Gen. 39.18 2360 Gen. 39.21 2363 cf. Gen. 40.1 2367 Ps. 11.7 2376 cf. Gen. 41.5 2376 cf. Gen. 41.2

2356 non acquiescens - doctrinae] Greg. Illib., *Tract. 5.21*, CCSL 69.39,192-193 2357 adulterinae - 2359 potuit] Ambr., *De Ioseph 6.30*, CSEL 32/2.95,7-9 2359 templum - 2360 transgressor] Greg. Illib., *Tract. 5.21*, CCSL 69.39,195-196 2361 non cancer - 2362 liberauit] Ambr., *De Ioseph 6.30*, CSEL 32/2.95,9-11 2363 Denique - 2374 indicauit] Greg. Illib., *Tract. 5.23-25*, CCSL 69.40,206-222 2376 septem anni - 2378 dona] Greg. Illib., *Tract. 5.26*, CCSL 69.40,225-228 2378 quibus ubertas - 2380 temporibus] Greg. Illib., *Tract. 5.26*, CCSL 69.40,233-237

2354 adulterii sui] adulterii suis *FT* 2355 legis] patris *Greg. Illib.* 2358 carnem exuit *A*] carnem exuens *F* carne se exuit *T* 2358 liber mortis in caelum] in caelum liber mortis *A* 2363 eunuchos] spadones *Greg. Illib.* 2366 eunuchi] spadones *Greg. Illib.* 2377 septem] *om. A*

contra septem steriles et ieunae famem ueritatis et iustitiae nouissimis temporibus significabant.

Congregauit autem Ioseph per septem annos *omnem frugum abundantiam*, id est, *frumenta fidei sanctorum horreis condens*, per illa scilicet *charismata septem*, quasi per septem annos, ut cum septem anni inopiae coeperint, id est, cum iniquitas illa occurrerit *septem capitalium criminum sub Antichristo*, quando *fames fidei fuerit et salutis*, tunc sancti pariter et fideles habeant copiosam iustitiae frugem, ne fides eorum inopia sermonis attenuata deficiat.

Inde Ioseph, qui typum induerat Christi, currum meruit, et praeco preconauit ante eum, et constituit illum super uniuersam terram Aegypti. Et dominus noster, postquam est distractus a Iuda, ut Ioseph a fratribus et de infernorum carcere surrexit, ascendit currum regni caelestis, de quo dictum est, *Currus dei decem milibus*. Et accepit potestatem a patre praedicandi et iudicandi, sicut Paulus apostolus ait, *Et dedit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genu flectant, caelestium et terrestrium et infernorum*. Accepit quoque et *anulum pontificatum* scilicet *fidei*, quo credentium animae salutis signo signantur, frontibusque et cordibus nostris per signum crucis figura aeterni regis exprimitur. *Induiturque stola byssina*, id est, *carnem sanctam byssō splendidiorem, et stola immortalitatis*, accepit quoque *torquem auream*, id est, *intellectum bonum*. *Praeco ante eum praecedit*, id

2380

2385

273D

2390 274A

2395

2400

274B

2379 cf. Gen. 41,3 2381 Gen. 41,48 2388 Gen. 41,43 2392 Ps. 67,18 2394
Phil. 2,9-10 2396 Gen. 41,42 2399 Gen. 41,42 2401 Gen. 41,43

2382 frumenta - 2387 deficiat] Greg. Illib., *Tract. 5,29*, CCSL 69,41,246-253 2388
Ioseph - 2392 milibus] Greg. Illib., *Tract. 5,27*, CCSL 69,40,238-41,246 2393 ac-
cepit - 2396 infernorum] Greg. Illib., *Tract. 5,28*, CCSL 69,41,261-263 2396
anulum pontificatum scilicet fidei] Ambr., *De Ioseph* 7,40, CSEL
32/2,100,20 2397 quo credentium - signantur] Greg. Illib., *Tract. 5,31*, CCSL
69,41,265-266 2399 Induiturque - 2400 immortalitatis] Greg. Illib., *Tract. 5,31*,
CCSL 69,41,266-268 2400 torque[m - 2401 bonum] Ambr., *De Ioseph* 7,40,
CSEL 32/2,100,23 2401 intellectum bonum] Ambr., *De Ioseph* 7,40, CSEL
32/2,100,23

2381 per] *om. A* 2383 charismata septem] septem charismata *F* 2384 occurrit] occurrit *F* 2388 induerat] meruerat *F* 2389 illum] eum *A* 2392 decem *F*] de-
cim *AT* 2392 milibus *A*] milium *FT* 2396 anulum] anulum, id est *F* 2398 fi-
gura] *om. A* 2399 splendidiorem] candidiorem *A* 2400 quoque] quoque et *F*

est, aut Iohannes baptista, qui iter eius praecedens praeconabat dicens, *Parate uiam domino*. Habebit et alium praecomenem Eliam, qui eius futurum praenuntiabit aduentum, siue tubam angelii, quia ipse dixit, *Veniet in tuba angelii*.

Vocatur quoque Ioseph *lingua Aegyptiaca saluator mundi*. Quid manifestius de Christo, quando sub figura Ioseph saluator ostenditur, non tantum unius terrae Aegypti, sed etiam totius mundi?

Triginta annorum erat Ioseph, quando in conspectu regis Pharaonis stetit. Totidemque annis fuisse legitur Christus, quando sub typo Pharaonis in conspectu Herodis apparuit reuelatus.

Accepit etiam ex gentibus uxorem, id est, ecclesiam, ex qua genuit duos filios, id est, duos populos ex Iudeis et gentibus congregatos.

Igitur post ubertatis annos in uniuerso orbe famae praeualuit. Merito, quia non erat qui faceret bonitatem. Post haec Ioseph penuria frumenti saluat Aegyptum, et Christus fame uerbi dei liberat mundum. Aperuit enim horrea sua Christus in omni orbe terrarum, et ergo frumenti sui omnia subiugauit. Nisi enim Ioseph fratres uendidissent, defecerat Aegyptus. Nisi Christum Iudaei crucifixissent, perierat mundus. Ioseph interpretatur augmentatio, siue ampliatio, sed in illo Ioseph ampliationem non habuit, nisi sola Aegyptus, in nostro uero Ioseph augmentum habere meruit uniuersus mundus. Ille ergo triticum, noster ergo uit dei uerbum. In omnem terram exiit sonus eorum.

2403 Mt. 3,3, Mc. 1,3 2405 1 Thess. 4,15 2406 Gen. 41,45 2409 Gen. 41,46 2412 Gen. 41,45 2412 Gen. 41,50-52 2414 Gen. 41,54

2402 Iohannes - 2405 angeli] Greg. Illib., *Tract. 5,30*, CCSL 69,41,254-257 2406 Ioseph - mundi] Greg. Illib., *Tract. 5,28*, CCSL 69,41,258-260 2408 non tantum - mundi] Ambr., *De Ioseph 7,41*, CSEL 32/2,101,12 2409 Triginta - 2411 reuelatus] cf. Orig., *Hom. in Gen. 2,5*, GCS 29,35,10-15 2412 Accepit - ecclesiam] Ambr., *De Ioseph 7,40*, CSEL 32/2,101,2-3 2415 quia - bonitatem] Ambr., *De Ioseph 7,41*, CSEL 32/2,101,12-13 2415 Ioseph - 2417 mundum] Caes., *Ser. 89,2*, CCSL 103,367,8-9 2417 aperuit - Christus] Ambr., *De Ioseph 7,41*, CSEL 32/2,101,18-19 2417 in omni orbe - 2418 subiugauit] Aug., *C. Faust. 12,28*, CSEL 25/1,358,18-19 2418 Nisi enim - 2424 sonus eorum] Caes., *Ser. 89,5*, CCSL 103,368,11-16

2403 Eliam, qui eius futurum praenuntiabit aduentum, siue] om. FT 2406 quoque] quippe T 2408 mundi] orbis A 2409 in conspectu regis Pharaonis stetit] stetis in conspectu regis Faraonis A 2411 Herodis] mundi A 2412 etiam] ergo T 2420 perierat] defecerat F 2420 Ioseph interpretatur - 2424 sonus eorum] om. F 2423 noster] iste noster A

2405

2406-2411
Victorinus

2410

274C

2415

2420

274D

- Dixit Iacob filiis suis, *Est frumentum in Aegypto. Dicit et deus pater, Ex Aegypto uocauit filium meum.* Descendunt igitur decem profectiores, id est, Iudei, quasi decalogo legis in numero constituti, quos *ipse cognoscens, non est agnitus ab eis.* Cognoscuntur et *Hebreai a Christo, ipsi autem non agnoscent eum.* Dederunt quidem illi pecuniam, sed *Ioseph,* id est, Christus, triticum dedit, argutum reddidit, quia non pecunia emitur Christus, sed gratia. 2425
- Vidit Ioseph Beniamin paruulum fratrem suum. Mystice quoque uidit dominus Jesus Paulum, quando lux circumfulsit eum. Paruulus dicitur, quia nondum maturam in carne fidei aetatem gerebat.* Vnde etiam et adolescens legitur, quando lapidantium Stephanum uestimenta seruabat. Fleuit Ioseph, et caecitas Pauli, fletus est Christi. Lauat faciem suam, ut lumen ei amissum restituat, lauit faciem suam Christus, ubi baptizatus est Paulus, per quem dominus Jesus a plurimis uideretur. 2430
- Dehinc scyphus argenteus soli sacculo iunioris inseritur. Sed quid sibi uult, quod inuentus est in sacco Beniamin scyphus Ioseph, nisi quia in corpore Pauli iam doctrinae caelstis prae fulgebat eloquium, dum esset eruditus in lege? Sed quia subiectus non erat, intra saccum erat scyphus, doctrina intra legem, lucerna intra modium. Missus tamen Ananias, manum posuit, 2435
- 2440
- 2445

2425 Gen. 42,2 2426 Mt. 2,15 2426 Gen. 42,3 2428 Gen. 42,8 2432 Gen. 43,29 2440 Gen. 44,2 2441 Gen. 44,12

2425 Est frumentum - 2426 filium meum] Ambr., *De Ioseph* 8,45, CSEL 32/2,104,2-5 2429 Hebrei - agnoscent eum] cf. Ambr., *De Ioseph* 9,47, CSEL 32/2,105,8 2430 sed Ioseph - 2431 gratia] Ambr., *De Ioseph* 8,45, CSEL 32/2,104,9-10 2432 Mystice - 2433 Paulum] Ambr., *De Ioseph* 10,58, CSEL 32/2,110,3 2433 lux - eum] Ambr., *De Ioseph* 10,58, CSEL 32/2,110,22 2434 nondum - 2436 seruabat] Ambr., *De Ioseph* 10,58, CSEL 32/2,110,6-9 2436 caecitas - 2439 uideretur] Ambr., *De Ioseph* 10,59, CSEL 32/2,111,5-8 2440 scyphus - inseritur] Ambr., *De Ioseph* 11,61, CSEL 32/2,111,17-18 2441 quid - quod] Ambr., *De Ioseph* 11,62, CSEL 32/2,112,4 2442 in corpore - 2449 praedicauit] Ambr., *De Ioseph* 11,64, CSEL 32/2,112,16-113,4

2426 decim F decim AT 2427 profectiores] profectiones fratres F 2429 Hebrei] Iudei F 2430 Christus] om. F 2434 carne] canae Ambr. 2437 ut lumen ei amissum restituat, lauit faciem suam] om. T 2437 restituat] reparatur Ambr. 2438 suum] om. A 2439 Iesus] Iesus Christus F 2440 sacculo] saccuolo T sacco Ambr. 2440 iunioris] eius Ambr. 2441 inuentus] insertus Ambr. 2441 sacco] sacculo Ambr. 2442 prae fulgebat] refulgebat Ambr. 2443 eloquium] adloquium Ambr. 2445 marsupium] saccum Ambr.

marsupium soluit. Marsupio soluto, argentum resplenduit, et decidentibus squamis, uelut quibusdam sacci uinculis soluto sacco, id est, deposito legis uelamine, adeptus est gratiam libertatis, et reuelata facie, sermones euangelii praedicauit.

Dati sunt et triginta argentei *cum quinque stolis optimis*. Triginta argenteos a Christo accipit, quicumque praedicat trinitatem, siue Christi crucem. Ideoque Paulus ait, *Neque enim iudicauit me scire aliquid inter uos, nisi Christum Iesum, et hunc crucifixum*. Quinque autem stolas accepit, id est, sapientiae omniumque sensuum multiplies disciplinas. Praecellit igitur Paulus, eius exuberat portio meritorum, sed tamen habent et fratres, id est, alii praedicatores gratiam suam. *Binas stolas*, id est, ut confiteantur Christum et deum esse et hominem, iuxta quod in Prouerbiis legitur, *Omnes domestici eius uestiti sunt duplicibus*, id est, mystica uel morali intelligentia. Mittuntur et patri munera. Filius honorat patrem, Christus populum suum promissis inuitat muneribus. Portant haec munera asini, illi gentiles inutiles et laboriosi ante, nunc utiles, portant in typo Christi munera, portant in euangelio munerum largitorem.

Dimisit Ioseph fratres suos, qui nuntiauerunt patri, dicentes, Ioseph uiuit, et ipse est dominus in omni terra Aegypti. Expauit autem Iacob, id est, plebs incredula, sed postquam Christi gesta cognouerit, reuiuiscit spiritus eius, et qui mortuus uidebatur, fide resurrectionis Christi uiuificabitur.

2450 Gen. 45.22 2452 1 Cor. 2.2 2457 Gen. 45.22 2458 Prou. 31.21 2465
 Gen. 45.24 2465 Gen. 45.26

2452 Christi - 2453 crucifixum] Ambr., *De Ioseph* 13.75, CSEL 32/2.117,10-12 2453
 Quinque - 2455 disciplinas] Ambr., *De Ioseph* 13.76, CSEL 32/2.117,14-15 2455
 Praecellit - 2457 stolas] Ambr., *De Ioseph* 13.76, CSEL 32/2.118,1-3 2460 Mittuntur -
 2463 largitorem] Ambr., *De Ioseph* 13.76, CSEL 32/2.118,9-13 2466 Expauit -
 2467 cognouerit] Ambr., *De Ioseph* 13.80, CSEL 32/2.120,6-7

2446 Marsupio] sacco Ambr. 2449 sermones euangelii praedicauit] sermonis euangelium praedicabat Ambr. 2449 praedicauit] praedicat A 2451 a] om.
 F 2452 me scire AT] scire me F 2453 Christum Iesum] Iesum Christum T 2460 Christus populum] om. F 2462 et] om. F 2462 ante A] om.
 FT 2462 utiles T Ambr.] inutiles AF 2463 munera largitorem] munera largitorem A 2467 cognouerit A] cognouit F agnouerit T 2468 reuiuiscit AT]
 reuiuit F 2468 fide] fide enim A 2469 uiuificabitur A] uiuificatur FT

275C

2450

2455

2457-2459
Victorinus

2460 275D

276A

2465

Vocatur ergo a filiis suis Iacob, id est, a Petro, Paulo, et Iohanne 2470
populus Iudeorum inuitatur ad gratiam.

Occurrit illi Iudas, id est, confessio, quia praecedit iam confes-
 sio, quos antea perfidia possidebat, et sic Ioseph uerus Christus
 occurrit, quia enim iam aetate suscipiat ultimis temporibus popu-
 lum Iudeorum, non secundum illius merita, sed secundum elec-
 tionem suae gratiae, et imponet manum super oculos eius, et
 caecitatem aufert. Cuius ideo distulit caecitatem, ut postremus cre-
 deret, qui ante non putauit esse credendum. Vnde et Apostolus ait,
*Quia caecitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium
 intraret, et sic omnis Israel saluus fieret.*

2475 276B

Tradidit post haec Ioseph parentibus et fratribus optimam ter-
 ram Gesen, praebens eis cibaria, quia fames oppresserat terram. Sic
 et dominus eligens meliorem terram parentibus, id est, patriarchis
 et prophetis, ex quibus Christus secundum carnem, siue omnibus
 sanctis, de quibus in euangelio dicit, *Hi sunt fratres mei, qui faciunt
 uoluntatem meam.* His igitur dat terram scilicet repromotionis
 regni dei, de qua dicit propheta, *Credo uidere bona domini in terra
 uiuentium.*

2480

2485

276C

Gen. 48.1-19,
49.3-27

XXXI

Dehinc Ioseph festinans accipere benedictionem patris duos filios
 suos obtulit, Manassem et Ephraim, in quibus sicut factum est
 in Esau et Iacob, dicente domino, *Maior seruiet minori*, ita in istis
 duobus filiis Ioseph. Nam maior Manasses, qui interpretatur obli-

2490

2470 Gen. 49.1 2476 cf. Gen. 46.4 2479 Rom. 11.25 2482 cf. Gen.
 50.8 2485 Lc. 8.21 2487 Ps. 26.13 2491 cf. Gen. 48.1 2492 Gen. 25.23

2470 Vocatur - 2471 gratiam] Ambr., *De Ioseph* 14.82, CSEL 32/2.121,10-II 2472
 Occurrit - 2473 possidebat] Ambr., *De Ioseph* 14.84, CSEL 32/2.122,4-5; 7-8;
 6 2474 suscipiat - 2480 fieret] Ambr., *De Ioseph* 14.84, CSEL 32/2.122,II-
 19 2481 Ioseph - 2488 uiuentium] Greg. Illib., *Tract. 5.32*, CCSL 69.41,271-
 42,280 2490 Ioseph - 2491 Ephraim] Ambr., *De patr. 1.1*, CSEL 32/2.125,II 2492
 Maior seruiet - 2493 Nam maior] Aug., *De ciu. dei* 16.42, CCSL 48.548,6-8 2493
 Manasses - obliuio] Ambr., *De patr. 1.4*, CSEL 32/2.126,13-14

2472 id est *F*] hoc est *Ambr.* qui interpretatur *A* quod interpretatum est *T* 2474
 quia *A*] quis *FT* 2474 aetate] in humilitate *F* 2476 suea gratiae] gratiae suea
A 2477 caecitatem *AT*] sanitatem *F* sanitatem *Ambr.* 2483 meliorem] opti-
 mam *T* 2486 meam] patris *T* 2486 repromotionis] remissionis *F* 2491 Ephra-
 im] Effraim *AFT* 2492 ita] ita et *T*

uius, typum gessit Iudeorum, qui oblitus est deum suum, qui fecit eum. Minor autem Christianorum, qui fecunditatem sonat, quod est proprium populi iunioris, qui corpus est Christi, qui fecundatus est in latitudine mundi. Hos quidem cum benedicere uellet Iacob, posuit Ioseph Ephraim ad sinistram, Manasse autem ad dexteram illius constituit. At ille cancellatis manibus crucis mysterium praefigurans, translata in minore dextera, maiori sinistram figuraliter superposuit. Sicque crucis similitudo super capita eorum denotata Iudeis scandalum, christianis futuram gloriam praesignauit, senioresque per crucis mysterium sinistrum factum de dextro, et iuniorum dextrum de sinistro, quia Iudeis in nostra deserta labentibus, nos illorum gloriam adepti sumus. Talique sacramento maiori populo Iudeorum praepositus est minor populus gentium. Vnde et idem patriarcha ait, *Hic quidem erit in populum, sed hic exaltabitur.*

His completis, uocauit Iacob filios suos, ut benediceret eos mystico ordine, loquens uere tamquam futurorum praescius. Dixitque eis, quae temporibus nouissimis futura erant, incipiens ita,

1. *Ruben primogenitus meus.* Secundum mysticam intellegentiam Ruben prioris populi uidetur ostendisse personam, cui etiam dominus per prophetam dicit, *Israel primogenitus meus.* Et enim iuxta quod *primogenitis debebatur*, ipsius erat *accipere sacerdotium atque regnum.*

2498 Gen. 48.13 2499 cf. Gen. 48.14 2507 Gen. 48.19 2509 Gen. 49.1 2512
Gen. 49.3 2514 Gen. 49.3

2494 typum gessit Iudeorum] Aug., *De ciu. dei* 16.42, CCSL 48.548,7 2494 oblitus - fecit eum] cf. Ambr., *De patr.* 1.4, CSEL 32/2.126,15-17 2495 Minor christianorum] Aug., *De ciu. dei* 16.42, CCSL 48.548,8 2495 fecunditatem - 2496 Christi] Ambr., *De patr.* 1.4, CSEL 32/2.126,17-127,2 2501 denotata - 2504 labentibus] Paul. Nol., *Ep.* 23.41, CSEL 29/1.197,1-4 2512 Secundum - 2514 primogenitus meus] Ruf., *De bened. patr.* 2.5, CCSL 20.206,1-4 2515 primogenitus - 2516 regnum] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.52,1-2

2497 Hos quidem - 2507 Vnde et idem patriarcha] Hoc cum benedicere Iacob permutatis manibus minori dexteram maior sinistram figuraliter superposuit ut maiori populum Iudeorum praeponere minorem populum gentem, unde et sic F 2508 exaltabitur] altabitur F 2509 benedicere] benedixit F 2510 futurorum praescius] praescius futurorum A 2511 futura] uentura F 2511 incipiens] sic incipiens F 2512 Secundum mysticam intellegentiam Ruben] In Ruben A 2513 ostendisse] ferre F 2513 Cui etiam dominus per prophetam dicit T] qui est primogenitus sicut propheta dicit F cui etiam a domino per prophetam dicit A 2515 iuxta] om. A

2495

276D

277A

2500

2505

2510 277B

2515

Additur, *Tu uirtus mea*, utique quia ex ipso populo fundamen-tum fidei, ex ipso uirtus dei, qui est Christus, aduenit.

Quomodo autem ipse sit *principium dolorum*, nisi dum patri deo semper inrogaret iniuriam, dum conuertit ad eum dorsum, et non faciem? 2520

Iste prior in donis, quia primis ipsis data sunt eloquia dei, primis ipsis legislatio, et testamentum, siue promissio. 277C

Iste maior in imperio, utique pro magnitudine uirium, quia copiosius ceteris in hoc saeculo populus idem regnauit. 2525

Effusus est autem, sicut aqua, peccando in Christum, quasi aqua, quae uasculo non tenetur, uoluptatis effusus est impetu.

Et idcirco addidit, *Vltra non crescas*, quia populus ipse postquam in uniuerso orbe dispersus est, ualde imminutus atque abbreviatus est. 2530

Sed quare talia meruit, ita subiecit, *Quia ascendisti cubile patris tui*. Non sicut Iudei intellegunt, hoc proinde dictum esse, eo quod cum Balla concubina patris sui concubuerit. Prophetia enim *futura* praenuntiabat, non quae fuerant gesta, ipso patriarcha dicente, *Adnuntiem uobis, quae uentura sunt nouissimis diebus*. Et ideo in praeterito non est referendum, quod ille futurum praedixit. Praedicebat enim *domini passionem*, et *primogenitae plebis audaciam*, qui ascendit cubile dei patris sui et maculauit stratum eius, quando corpus dominicum, in quo *plenitudo diuinitatis requiescebat*, rap-

2517 Gen. 49.3 2519 Gen. 49.3 2522 Gen. 49.3 2522 cf. Rom. 3.2 2524 Gen. 49.3 2526 Gen. 49.4 2528 Gen. 49.4 2531 Gen. 49.4 2535 Gen. 49.1

2517 Tu - 2518 aduenit] Greg. Illib., *Tract. 6.4*, CCSL 69.43,24-44,32 2519 patri - 2522 eloquia dei] Ruf., *De bened. patr. 2.5*, CCSL 20.206,8-10; 4-5 2526 peccando - 2527 impetu] Hier., *Hebr. quae.*, CCSL 72.52,4 2529 in uniuerso orbe dispersus] Greg. Illib., *Tract. 6.11*, CCSL 69.45,79 2532 Iudei - 2533 concubuerit] Ambr., *De patr. 2.8*, CSEL 32/2.128,9-10 2533 futura - 2536 praedixit] cf. Greg. Illib., *Tract. 6.8*, CCSL 69.44,54-57 2537 domini - audaciam] Ambr., *De patr. 2.8*, CSEL 32/2.128,14-15 2539 in quo - 2540 commaculauit] Greg. Illib., *Tract. 6.9*, CCSL 69.44,62-63

2519 Quomodo - nisi] om. F 2519 dum] om. A 2522 Iste] om. F 2522 quia primis ipsis] primis namque ipsis F 2524 Iste maior in imperio] Maior imperio F 2524 utique] om. F 2524 uirium] uirium dixit F 2526 peccando] quia pecando F 2527 uoluptatis AF] voluntatis T 2529 abbreviatus] breuiatus A 2531 Sed cur talia meruit, ita subiecit] om. F 2531 quare T] quur A om. F 2531 cubile] cubilem A 2532 hoc] om. F 2533 Balla AT] Bala F 2535 nouissimis diebus T] diebus nouissimis A] in diebus nouissimis F 2536 praeterito T] praeteritis AF 2537 audaciam] audiamus F

277C

2525

278A

2535

tum in cruce suspendit et ferro commaculauit.

II. Post haec conuertitur ad Simeon et Leui, dicens, *Simeon et Leui fratres, uasa iniuitatis bellantia*. Per *Simeon* et *Leui* scribae et sacerdotes iudaici populi intelleguntur. De Simeone enim scribae erant Iudeorum, *de tribu* uero *Leui principes sacerdotum*. De quibus scriptum est, *Quia consilium fecerunt, ut Iesum morti traderent*. De quo consilio iste patriarcha, qui iam mente deum uidebat, dicit, *In consilio eorum non ueniat anima mea*, et reliqua.

III. Horrebat enim iam illo tempore sanctus iste patriarcha uidere *tantorum scelerum*, quae in nouissimis temporibus facturi erant Iudei.

Sequitur, *Quia in furore suo occiderunt uirum*, id est, *dominum Iesum Christum*, iuxta quod *Isaias* ait, *Vae animae ipsorum, quia cogitatio ipsorum consilium malum aduersus se dicentes, Alligemus iustum, quia inutilis est nobis*.

Et in dolore suo suffoderunt murum, quando lancea confoderunt illum, spiritale et fortissimum propugnaculum, qui custodit Israel.

Maledictus furor eorum, quia pertinax, utique ad tantum facinus perpetrandum, quando furore accensi et ira, obtulerunt Christum Pontio Pilato, dicentes illi, *Crucifige, crucifige, et, Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris*.

Et indignatio eorum, quia dura, dum Barraban latronem peterent, et principem uitiae crucifigendum postularent.

Diuidam eos in Iacob, et dispergam illos in Israel. Hic duo nominantur, diuisio et dispersio, idcirco quia nonnulli ex ipsis

2540

2545 278B

2550

2555

278C

2560

2541 Gen. 49.5 2545 Mt. 26.4 2547 Gen. 49.6 2551 Gen. 49.6 2552 Is. 3.9 2555 Gen. 49.6 2557 Gen. 49.7 2559 Mc. 15.13, Lc. 23.21, Io. 19.6 2559
 Io. 19.12 2561 Gen. 49.7 2563 Gen. 49.7

2542 Simeon - 2543 populi] Ruf., *De bened. patr.* 2.8, CCSL 20.207,2-208,1 2543
 scribae - 2544 sacerdotum] Ambr., *De patr.* 3.13, CSEL 32/2.131,9-10 2544 De
 quibus - 2547 anima mea] Ruf., *De bened. patr.* 2.8, CCSL 20.208,4-7 2549 tan-
 turum - 2550 Iudaei] Greg. Illib., *Tract.* 6.21, CCSL 69.47,163-165 2551 dominum
 - 2554 nobis] cf. Ambr., *De patr.* 3.13, CSEL 32/2.131,13-15 2557 Maledictus - 2562
 postularent] Greg. Illib., *Tract.* 6.25, CCSL 69.48,194; 197-205 2564 nominantur
 - 2568 spargitur] Ruf., *De bened. patr.* 2.8, CCSL 20.208,35-209,3

2540 commaculauit] uiolauit Greg. Illib. 2544 erant T] fuerant A sunt F 2552
 quod] quod et A 2553 cogitatio ipsorum T] cogitauerunt AF 2556 qui AF
 quod T] 2557 utique ad T] utique A ad F 2561 latronem] latronem dimitten-
 dum F 2564 nominantur] minantur F

domino crediderunt, quidam in infidelitate permanserunt. Diuisi enim dicuntur hi qui ab eis separantur, et uenient ad fidem. Dispersi autem hi quorum patria temploque subuerso, per orbem terrae incredulum genus spargitur.

iv. *Iuda, te laudabunt fratres tui.* Per hunc Iudam *uerus confessor exprimitur* Christus, *qui ex eius tribu secundum carnem est* 2565
genitus. 2570

Ipsum laudant fratres sui, apostoli scilicet et omnes cohaeredes eius, qui per adoptionem filii deo patri effecti sunt, et Christi fratres *per gratiam,* quorum ipse est *dominus per naturam.*

Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Hisdem enim manibus atque *codem* crucis trophyeo et *suos texit,* et inimicos, et aduersarias *potestates curuauit,* iuxta quod et pater promittit ei, dicens, *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabelum pedum tuorum.*

Adorabunt te filii patris tui, quoniam multi ex filiis Iacob 2580 adorant eum qui *per electionem gratiae salui facti.*

Catulus leonis Iuda. Quoniam nascendo paruulus factus est, sicut scriptum est, *Paruulus natus est nobis.*

Ad praedam, fili mi, ascendisti, id est, *ascendens in cruce, captiuos populos redemisti.* Et quos *ille leo contrarius inuaserat,* tu moriens *eripuisti.* Denique rediens ab inferis *ascendisti in altum,* 2585 *captiuam duxisti captiuitatem.*

2569 Gen. 49.8 2572 Gen. 49.8 2575 Gen. 49.8 2578 Ps. 109.1 2580 Gen. 49.8 2582 Gen. 49.9 2583 Is. 9.6 2584 Gen. 49.9 2586 Ps. 67.19

2569 *uerus - 2571 genitus]* Ambr., *De patr.* 4.17, CSEL 32/2.133,20-21 2572 *apostoli scilicet et omnes cohaeredes eius]* Aug., *C. Faust.* 12.42, CSEL 25/1.368,17-18 2573 *adoptionem - effecti sunt]* Ruf., *De bened. patr.* 1.5, CCSL 20.192,12-14; 21 2574 *per gratiam - naturam]* Ambr., *De patr.* 4.17, CSEL 32/2.133,23 2575 Hisdem enim - 2577 *potestates]* Ambr., *De patr.* 4.17, CSEL 32/2.134,2-3 2577 *curuauit]* Aug., *C. Faust.* 12.42, CSEL 25/1.368,20 2577 *pater - 2579 pedum tuorum]* Ruf., *De bened. patr.* 1.5, CCSL 20.192,8-10 2580 *Adorabunt - 2581 adorant eum]* Greg. Illib., *Tract.* 6.33, CCSL 69.50,259-260 2581 *per electionem - 2584 in cruce]* Aug., *C. Faust.* 12.42, CSEL 25/1.368,22-24 2584 *captiuos populos]* Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.53,9-10 2585 *ille leo - 2586 inferis]* Ruf., *De bened. patr.* 1.6, CSEL 20.194,38-39

2569 *hunc]* hunc enim *T* 2572 *scilicet]* uidelicet *F* 2576 *crucis trophyeo]* passione *Ambr.* 2576 *texit F Ambr.] exuit T texigit A 2581 qui AF Aug.] om. T*

Requiescens accubuisti ut leo. Manifestissime in passione Christus recubuit, quando *inclinato capite tradidit spiritum*, siue quando in sepulcro securus, uelut quodam corporis somno, quieuit. Sed quare, ut leo, et uelut *catulus leonis?* In somno enim suo leo fuit, quia non necessitate, sed potestate hoc ipsum impleuit, iuxta quod et ipse dixerat, *Potestatem habeo ponendi animam meam, et nemo eam tollit a me, sed ego eam pono.*

2590

279C

Quod uero addidit, *Et ut catulus leonis, inde enim mortuus, unde et natus.* Physici autem de catulo leonis scribunt, quod cum natus fuerit, tribus diebus et tribus noctibus dormit. Tunc deinde patris fremitu, uel rugitu, ueluti tremefactus cubilis locus, suscitare dicitur *catulum* dormientem. Quod ualde conuenienter de passionis morte aptatur in Christo, qui tribus diebus et tribus noctibus in cubile sepulcri iacens, somnum mortis impleuit. Bene ergo Christus, ut leo, requieuit, qui non solum mortis acerbitatem non timuit, sed etiam in ipsa morte mortis imperium uicit. Bene idem iterum *ut catulus leonis*, quia die tertio resurrexit.

2595

Vnde et sic adiungitur de resurrectione eius, *Quis suscitauit eum? hoc est, quia nullus hominum, nisi ipse, iuxta quod idem de corpore suo dixit, Solute hoc templum, et in triduo suscitabo illud.*

2600

279D

Non deficiet princeps de populo Iuda, nec dux de femoribus eius, donec ueniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium. Hic locus manifestissime ad Iudam refertur, tamdiu enim fuit ex

2605

280A

2588 Gen. 49.9 2589 Io. 19.30 2593 Io. 10.18 2595 Gen. 49.9 2605 Gen. 49.9 2607 Io. 2.19 2608 Gen. 49.10

2590 quando - 2590 quieuit] Ambr., *De patr.* 4.20, CSEL 32/2.135,19-20 2591 quare - leonis] Ruf., *De bened. patr.* 1.6, CCSL 20.193,32 2592 non necessitate - 2594 eam pono] Aug., *De ciu. dei* 16.41, CCSL 48.547,20-24 2595 ut *catulus* - 2596 *natus*] Aug., *C. Faust.* 12.41, CSEL 25/1.369,2-3 2596 de *catulo* - 2601 impleuit] Ruf., *De bened. patr.* 1.6, CCSL 20.193,20-24; 32-35 2602 non solum - 2603 uicit] Greg. Illib., *Tract.* 6.39, CCSL 69.51,306 2603 mortis - 2604 resurrexit] Ruf., *De bened. patr.* 1.6, CCSL 20.194,42 2605 adiungitur - 2607 suscitabo illud] Aug., *De ciu. dei* 16.41, CCSL 48.547,26-29 2609 Hic locus - 2610 refertur] Ruf., *De bened. patr.* 1.7, CCSL 20.194,4-5

2590 uelut quodam corporis somno, quieuit. Sed quare, ut leo, et] *om. T* 2591 et] *om. A* 2594 tollit a me] a me tollet *F* 2594 eam pono *T*] pono eam *AF* 2595 Quod uero addidit, Et] Et quare *F* 2595 inde enim] quia inde *F* 2596 Physici] Iste phisici *A* Fisici *FT* physiologus *Ruf.* 2599 conuenienter] congruenter *F* 2608 de] ex *F* 2610 manifestissime] manifeste *Ruf.*

semine eius apud Iudeos *intemerata successio* regni, donec Christus ad redemptionem mundi ex uirgine nasceretur.

Proabant hoc *historiae Iudeorum*, quibus ostenditur primum alienigenam regem in gente Iudeorum fuisse Herodem, quo tempore Christus natus est.

Quod si putant Iudei, non uenisse Christum, ergo de tribu Iuda usque hodie Iudeorum permanet regnum. Itaque non defuit rex de populo Iuda, donec ueniret cui *repositorym* est. Sed quia non solum Iudeis profuit, qui mittendus erat. Ideo sequitur, *Et ipse erit exspectatio gentium, alligans ad uineam pullum suum*. Pullus suus ex gentibus, populus cui adhuc numquam fuerat legis onus impositum. Hunc *copulauit* ad *uineam apostolorum*, qui ex Iudeis sunt. Nam *uinea domini Sabaoth domus est Israel*.

Et ad uitem, o fili mi, asinam suam. Ipse dixit, Ego sum uitis uera. Ad hanc ergo uitem *alligat asinam* suam, *cui supersedet, ecclesiam ex nationibus congregatam*. Hanc itaque ad uitem corporis sui alligauit uinculo caritatis et *disciplinae euangelicae* nexu, ut de imitatione illius uiuens, *efficiatur haeres dei, et cohaeres Christi*. Alii namque hanc *asinam synagogam* interpretantur, *tardigradam scilicet, et graui pondere legis oppressam*.

Lauabit in uino stolam suam, siue carnem suam in sanguine pas-

2615

280B

2620

2625

280C

2630

2619 Gen. 49.10-11 2623 Is. 5.7 2624 Gen. 49.11 2624 Io. 15.1 2631 Gen. 49.11

2611 *intemerata successio*] Ambr., *De patr.* 4.21, CSEL 32/2.136,13 2611 donec - 2612 *nasceretur*] Greg. Illib., *Tract.* 6.41, CCSL 69.51,319-321 2613 *historiae Iudeorum* - 2615 *natus est*] Aug., *C. Faust.* 12.42, CCSL 25/1.369,9-12 2616 *si* - 2617 *regnum*] Greg. Illib., *Tract.* 6.42, CCSL 69.51,323-325 2617 Itaque - 2620 *gentium*] Aug., *C. Faust.* 12.42, CCSL 25/1.369,11-15 2620 *Pullus* - 2621 *impositum*] Ruf., *De bened. patr.* 1.8, CCSL 20.195,5-6 2622 *copulauit* - *Iudeis sunt*] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.54,16-17 2624 *Ipse - uera*] Ruf., *De bened. patr.* 1.8, CCSL 20.195,3-4 2625 *alligat* - 2626 *congregatam*] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.54,18-19 2626 *ad uitem* - 2627 *euangelicae*] Greg. Illib., *Tract.* 6.44, CCSL 69.52,345-346, 351 2628 *efficiatur* - *cohaeres*] Ruf., *De bened. patr.* 1.5, CCSL 20.192,12; 14 2629 *asinam* - 2630 *oppressam*] Greg. Illib., *Tract.* 6.46, CCSL 69.52,355-357 2631 *carnem - passionis*] Greg. Illib., *Tract.* 6.51, CCSL 69.53,391-393

2613 *quibus*] de quibus *F* 2615 *Christus natus est*] *natus est Christus F* 2621 *fuerat*] *om. A* 2622 *Hunc copulauit ad uineam apostolorum, qui ex Iudeis sunt. AT] om. F* 2626 *uitem corporis*] *corporis uitem F* 2627 *de imitatione T]* imitatione *AF*

sionis, siue sanctam ecclesiam in illo uino, *qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.*

Et in sanguine uuae pallium suum. Pallium gentes sunt, quas corpori suo coniunxit, sicut scriptum est, *Vivō ego, dicit dominus, nisi hos omnes induam, sicut uestimentum.* Hos quippe Christus in sanguine uuae mundauit, quando sicut botrus in ligno crucis pependit. Tunc enim ex latere eius sanguis et aqua profluxit. Sed aqua nos abluit, sanguis redemit.

Pulchriores oculi eius uino. Oculi Christi apostoli sunt et euangelistae, qui scientiae lumen uniuerso corpori ecclesiae praestant. Hi pulchriores uino probantur, quia eorum doctrina austoritatem uini ueteris exsuperat, id est, priscae legis traditionem. Euangelica enim praecepta longe clariora sunt quam ueteris testamenti mandata.

Et dentes lacte candidiores. Dentes praedicatorum sunt sancti, qui praecidunt ab erroribus homines, et eos, quasi comedendo, in Christi corpore transferunt. Nomine autem lactis doctrina legis significatur, quae carnalem populum, tamquam paruulos, poculo lactis alebat, cuius quidem candidiores effecti sunt doctores ecclesiae, quia fortem et ualidum uerbi cibum mandunt atque distribuant. De quibus dicit Apostolus in epistola ad Hebreos, *Perfectorum autem est solidus cibus.* Et bene *candidiores lacte dentes* eius dicit. Omnes enim qui perfecti sunt, et qui scripturarum cibos explanantes subtilem et minutum intellectum, qui spiritalis dicitur, ecclesiae corpori subministrant, candidi esse debent et puri atque ab omni macula liberi.

2632 Mt. 26.28 2634 Gen. 49.11 2635 Is. 49.18 2640 Gen. 49.12 2645 Gen. 49.12 2651 Heb. 5.14

2632 qui pro - 2633 peccatorum] cf. Aug., *C. Faust.* 12.42, CSEL 25/1.370,1-2 2634 gentes - 2635 coniunxit] Greg. Illib., *Tract.* 6.53, CCSL 69.54,408-409 2635 sicut - 2639 redemit] Ambr., *De patr.* 4.24, CSEL 32/2.138,9-10 2637 botrus - pependit] Aug., *C. Faust.* 12.42, CSEL 25/1.370,3 2640 Oculi - 2641 praestant] Ruf., *De bened. patr.* 1.10, CCSL 20.198,18-19 2642 austoritatem uini] Ruf., *De bened. patr.* 1.10, CCSL 20.198,30 2645 Dentes praedicatorum] Greg., *Mor.* 11.33, CCSL 143A.610,3 2645 sancti - 2647 transferunt] Aug., *De doc. chr.* 2.6.7, CCSL 32.36,22-25 2650 fortem - 2652 cibus] Ruf., *De bened. patr.* 1.10, CCSL 20.198,35-38 2653 Omnes enim - 2656 liberi] Ruf., *De bened. patr.* 1.10, CCSL 20.199,48-52

2636 Hos] Nos *T* 2645 sunt sancti *AT*] sancti sunt *F*

v. *Isachar asinus fortis.* *Isachar*, quod interpretatur **merces**, referatur ad populum gentium, quem dominus sanguinis sui pretio est mercatus. Hic Isachar asinus fortis scribitur, quia prius gentilis populus, quasi brutum et luxuriosum animal erat, nullaque ratione subsistens. Nunc uero fortis est, **redemptoris dominio colla subiciens** et iugum disciplinae euangelicae perferens. *Hic accubans in terminos, uidit requiem, quod esset bona, et terram, quod optima. In terminos* namque accubare est praestolato mundi fine requiescere, nihilque de his quae nunc uersantur in medio quaerere, sed ultima desiderare. Et fortis asinus requiem et terram optimam uidit, cum simplex gentilitas, idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad aeternae uitiae patriam tendit. Vnde etiam et *Ponet humerum suum ad portandum*, quia dum ad promissam requiem peruenire desiderat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Vnde et *factus est tributis seruiens*, hoc est, regi, et Christo suo fidei dona operumque bonorum munera offerens.

vi. *Zabulon in litore maris habitabit et in statione nauium.* *Zabulon*, qui interpretatur **habitaculum fortitudinis**, ecclesiam significat fortissimam ad omnem tolerantiam passionis. Haec *in litore maris habitat et in statione nauium*, ut **credentibus sit refugium**, et periclitantibus demonstret fidei **portum**. Haec **contra omnes turbines saeculi immobili et inconcussa firmitate solidata**, **exspectat naufragium Iudaeorum et haereticorum procellas**, quae *circumferuntur omni uento doctrinae*, quorum etsi tunditur fluctibus, frangit tamen ipsa fluctus, non frangitur, nec ullis haeresum tempestatibus cedit,

2657 Gen. 49.14 2662 Gen. 49.15 2668 Gen. 49.15 2670 Gen. 49.15 2673
Gen. 49.13 2679 Eph. 4.14

2657 Isachar - **merces**] Hier., *Hebr. nom.*, CCSL 72.67,20; cf. Ambr., *De patr.* 6.30, CSEL 32/2.141,16-17; Ruf., *De bened. patr.* 2.13, CCSL 20.211,1 2661 **redemptoris - subiciens**] Greg., *Mor.* 1.16, CCSL 143.37,51-52 2662 **accubans** - 2670 **portat**] Greg., *Mor.* 1.16, CCSL 143.38,57-64; 53-55 2673 **Zabulon** - 2674 **fortitudinis**] Hier., *Hebr. nom.*, CCSL 72.73,1 2676 **credentibus** - 2677 **portum**] Ambr., *De patr.* 5.27, CSEL 32/2.140,8-9 2677 **contra** - 2678 **solidata**] Cypr., *De unit. eccl.* 2, CCSL 3.249,30-31 2678 **exspectat** - 2680 **doctrinae**] Ambr., *De patr.* 5.27, CSEL 32/2.139,23-24; 20-21 2680 etsi tunditur - 2681 non frangitur] Aug., *En. in Ps.* 103.3,17, CCSL 40.1515,22-23

2681 **tempestatibus**] **temptationibus F**

nec ulli uento schismatum commota succumbit. *Pertendit autem usque ad Sidonem, hoc est, usque ad gentes peruenit.*

281C

Legitur etiam in euangelio, inde adsumptos esse aliquos apostolorum, et in ipsis locis dominum saepe docuisse, sicut scriptum est, *Terra Zabulon, et terra Neptalem, via maris trans Iordanem Galilaeae gentium, populus qui sedebat in tenebris uidet lucem magnam.*

2685

vii. *Dan iudicabit populum suum, sicut alia tribus Israel. Fiat Dan coluber in uia, et cerastes in semita, et cetera.* Dicunt quidam Antichristum per haec uerba praedici de ista tribu futurum. Alii de Iuda, a quo traditus est Christus, haec scripta pronuntiant, et equitem atque equum dominum cum carne suscepta designare uolunt.

2690

Retrorum autem cadere, ut in terram reuerteretur, unde sumpitus est. Sed quoniam die tertia resurrexit, ideoque ait, *Salutare tuum exspectabo, domine, sicut et per Dauid dicit, Non derelinques animam meam in inferno.* Haec quidam ita exponunt. Alii uero hanc prophetiam ad Antichristum transferunt.

2695 282B

2695-2698

Victorinus

De tribu enim *Dan uenire Antichristum ferunt, pro eo quod in hoc loco Dan et coluber asseritur, et mordens, unde et non immerito dum israeliticus populus terras in castrorum partitione susciperet, primus Dan ad aquilonem castramatus est, illum scilicet significans, qui in corde suo dixerat, Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.* De quo per prophetam dicitur, *A Dan auditus est fremitus equorum eius, qui non solum coluber, sed etiam cerastes uocatur.* Cerasta enim graece cornua dicuntur, serpensque hic cornutus esse perhibetur, per quem digne aduentus Antichristi asseritur, quia contra uitam fidelium cum morsu pestiferae

2700

2705

282C

2710

2682 Gen. 49.13 2686 Is. 9.1 2689 Gen. 49.16-17 2696 Gen. 49.18 2697 Ps. 15.10 2704 Is. 14.14 2706 Ier. 8.16

2682 Pertendit - 2683 peruenit] Ambr., *De patr.* 5.29, CSEL 32/2.141,1-2 2684 legitur - 2687 magnam] Ruf., *De bened. patr.* 2.10, CCSL 20.209,4-8 2690 Dicunt - 2693 uolunt] Ruf., *De bened. patr.* 2.16, CCSL 20.213,1-4 2700 De tribu - 2734 fideliter Christum] Greg., *Mor.* 31.24, CCSL 143B.1580,25-1581,63

2689 sicut] sicut et *A* 2690 et *FT*] *om. A* 2690 Dicunt quidam *AF Ruf.*] Alii dicunt *T* 2708 uocatur] uocabitur *A* 2709 aduentus Antichristi] Antichristi aduentus *F*

praedicationis armabitur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quam uiam? *Fit ergo Dan coluber in uia*, quia in praesentis uitae latitudinem eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blanditur. Sed in uia mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui ueneno consumit. *Fit iterum cerastes in semita*, quia quos fideles reperit, et sese ad praecepti caelestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidae persuasionis impedit, sed etiam terrore potestatis premit, et in persecutionis angore post beneficia fictae dulcedinis exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum insinuat, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur. *Vngulam* quippe equi mordere est extrema saeculi feriendo contingere, *ut cadat ascensor eius retro*. Ascensor equi est, quisquis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retro cadere dicitur, et non in faciem, sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere est in hac uita unumquemque suas culpas agnoscerre, easque paenitendo deflere. *Retro uero*, quod non uidetur, cadere est ex hac uita repente decedere, et ad quae supplicia ducatur ignorare. Et quia Iudaea erroris sui laqueis capta, pro Christo Antichristum exspectat. Bene Iacob eodem loco repente in electorum uoce conuersus est, dicens, *Salutare tuum exspectabo, domine*, id est, non sicut infideles Antichristum, sed eum qui in redemptionem nostram uenturus est, uerum credo fideliter Christum.

viii. *Gad accinctus praeliabitur ante eum*. Iste Gad accinctus personam domini exprimit, qui in primo aduentu humilitatis sua ante aduentum Antichristi praeliandus occurrit. Accinctus gladio uerbi sui circa femur potentissime, quo inimicos diuisit, id est, filium a patre, filiam a matre, nurum a socru, iuxta quod legitur in euangelio, *Non ueni pacem mittere, sed gladium*.

2712 Gen. 49.17 2716 Gen. 49.17 2723 cf. Gen. 49.17 2724 Gen. 49.17 2725
cf. Gen. 49.17 2728 Gen. 49.17 2732 Gen. 49.18 2736 Gen. 49.19 2738 Ps.
44.4 2741 Mt. 10.34

2739 inimicos - 2741 gladium] Aug., *En. in Ps. 44.11*, CCSL 38.501,3-5

2724 contingere] constringere F 2729 decidere] cadere F

Quod autem ait, *Et ipse accingetur retrorsum, claritas domini nostri in secundo regno eius ostenditur, quia cum uenerit Antichristus, idem occurret retrorsum, id est, post eius uestigia Christus celeri aduentu progredivi, ut interficiat eum gladio oris sui.* Vnde et bene idem *Gad latrunculus* interpretatur, eo quod posterior, id est, secus pedes, quasi latrunculus, rapido atque improuiso aduentu exsiliat contra apertam Antichristi oppugnationem. Hinc est quod euangelista proclamat, dicens, *Quia dies domini, sicut fur, in nocte ita ueniet.* Christus ergo et ante et retro praeliari contra Antichristum scribitur. Ante eum namque in occulto aduentu humilitatis, post eum manifestus in gloria maiestatis.

Demonstrat aperte Moyses prophetiam patriarchae huius specialiter pertinere ad Christum. Sic enim ait, *Benedictus*, inquit, *in latitudine Gad. Quasi leo requieuit, cepitque brachium, et uerticem, et uidit principatum suum.* Agnoscant itaque quis requieuerit, sicut leo, nisi Christus in sepulcro suo? Quis confregit uerticem, brachique potentium, nisi redemptor noster, qui humiliauit uirtutem et superbiam excelsorum? Quis uidit principatum suum, nisi ille cui datus est principatus et honor et regnum?

ix. *Aser, pinguis panis eius, et praebet delicias regibus.* Aser, cuius nomen significat diuitias, idem Christus est, cuius est altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae, qui propter nos pauper factus est, cum diues esset, cuius panis pinguis factus est, caro scilicet eius, quae est esca sanctorum. Quam si quis manducauerit, non morietur in aeternum.

Iste etiam praebet delicias sapientiae regibus, id est, qui sensus proprios bene regunt, qui dominantur uitiorum suorum, qui casti-

2742 Gen. 49.19 2749 1 Thes. 5.2 2754 Deut. 33.20 2761 Gen. 49.20 2765
Io. 6.50 2767 Gen. 49.20

2746 Gad latrunculus] Hier., *Hebr. nom.*, CCSL 72.67,3 2756 Agnoscant - 2758 potentium] cf. Ambr., *De patr.* 8.36, CSEL 32/2.146,5-6 2761 Aser - 2763 scientiae] Ambr., *De patr.* 9.38, CSEL 32/2.146,10-13 2763 propter nos - 2766 in aeternum] Ambr., *De patr.* 9.38, CSEL 32/2.146,16-17, 22, 147,3, 7-8 2768 castigant - 2769 subiiciunt] Aug., *En. in Ps.* 2.6, CCSL 38.6,10

2742 Et ipse] *om. A* 2743 regno eius] eius regno *F* 2744 idem] *om. F* 2753 aperte] aperte et *A* 2753 prophetiam patriarchae huius specialiter] specialiter prophetiam patriarchae huius *F* 2756 requieuerit] requieuit *F* 2762 cuius] cui *A* 2763 pauper] *om. A* 2765 Quam si] Quasi *A* 2766 morietur *T*] esuriet *AF* 2768 regunt] regent *F*

283C

2745

2750

283D

2755

284A

2760

2765

gant corpora sua, et in seruitutem subiciunt.

x. *Neptalim*, quod interpretatur *dilatatio*, apostolos et praedicatorum sanctos significat, quorum doctrina in latitudine totius mundi diffusa est. *Ex* hac enim *tribu fuerunt apostoli*, qui sunt principes ecclesiarum et duces et *principes Zabulon et principes Neptalim*, qui sine dubio ad personam referuntur apostolorum. *Ipsi sunt filii excusorum*, id est, prophetarum qui in manu potentis dei positi et tamquam *sagittae excussae peruenierunt usque ad fines terrae*.

Vnde et bene hic *Neptalim ceruus emissus* scribitur, quia nimirum apostoli, siue praedicatorum, ueloci saltu exsilientes, in morem *ceruorum transcendunt implicamenta saeculi huius*. Sicque, 2780

excelsa ac sublimia meditantes, dant *eloquia pulchritudinis*, id est, 284C

praedicant cunctis gentibus *doctrinam domini saluatoris*.

xi. *Filius ad crescens Ioseph*. Haec prophetia post passionem domini paternae uocis imaginem praetulit qua redeunti in caelum post uictoriā Christum pater alloquitur dicens, *Filius ad crescens Ioseph, filius ad crescens* utique in gentibus, quia cum ob incredulitatem synagogae populum reliquisset, innumeram sibi plebem ecclesiae ex omnibus gentibus ampliauit, quod et Dauid cecinit, dicens, *Reminiscentur, et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae*.

Filius ad crescens et decorus aspectu. Omnes enim superat illius pulchritudo, iuxta quod et de ipso in Psalmis canitur, *Speciosus forma p[re]filiis hominum*.

2770 Gen. 49.21 2775 Ps. 126.4 2778 Gen. 49.21 2781 Gen. 49.21 2783 Gen. 49.22 2785 Gen. 49.22 2789 Ps. 21.28 2791 Gen. 49.22 2792 Ps. 44.3

2770 Neptalim - 2772 apostoli] Aug., *En. in Ps. 67.36*, CCSL 39.89,537; 89,429 2773 et principes - 2774 apostolorum] Ruf., *De bened. patr. 2.23*, CCSL 20.218,II-13 2776 sagittae - 2777 terrae] cf. Aug., *En. in Ps. 126.9*, CCSL 40.1863,4-24 2778 Neptalim ceruus emissus] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.55,20 2780 ceruorum - saeculi huius] Aug., *En. in Ps. 17.34*, CCSL 38.99,2-3 2782 doctrinam - saluatoris] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.55,22 2791 Omnes - 2793 hominum] Aug., *En. in Ps. 127.8*, CCSL 40.1872,28-30

2773 et *F* om. AT 2774 referuntur] refertur A 2783 Haec] Post A 2788 Quod et] id est A 2792 ipso] se ipso A

Filiae discurrerunt super murum, id est, gentes, uel ecclesiae, quae crediderunt in Christum. Haec super soliditatem fidei, quasi super murum, amore pulchritudinis Christi accensae discurrunt, ut uerum sponsum per contemplationem aspiciant, et osculo caritatis illi copulentur atque adhaereant.

2795 284D

Sed obiurgati sunt eum, quando falsis testimoniis calumniantes, sanctum domini opprimere synagogae populi temptauerunt.

2800

285A

Inuideruntque illi, habentes iacula. Neque enim quisquam in Ioseph coniecit sagittas, uel aliquod uulneris telum, sed hoc specia- liter euenit in Christo.

Sedet in forti arcus eius. Christus enim arcum suum et arma pugnandi posuit in deo, qui fortis est propugnator, cuius uirtute conciditur omnis nequitia perfidorum.

2805

Et dissoluta sunt uincula brachiorum eius, quibus fratres eum uinctum ad Pilatum duxerunt, uel quibus eum suspensum ligno crucifixerunt. Rescissa sunt enim per manus Iacob, hoc est, per manum omnipotentis dei Iacob, ex cuius ore ipse dominus bonus pastor egressus est, lapis et firmitas credentium in Israel.

2810

*Deus patris tui erit adiutor tuus. Quis adiuuit filium, nisi solus deus pater, qui dixit, *Iacob puer meus, suspiciet eum anima mea?**

2815 285B

Et omnipotens benedicet tibi benedictionibus caeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum. Vniuersa enim subiecit ei, caelestia per benedictionem caeli et terrena per benedictionem abyssi iacentis deorsum, ut omnibus angelis et hominibus dominaretur.

Benedictionibus uberum, id est, siue duorum testamtorum, quorum altero nuntiatus est, altero demonstratus, siue benedictionibus uberum Mariae, quae uere benedicta erat, quia eadem sancta uirgo de se domino potum lactis immulxit. Vnde et illa

2794 Gen. 49.22 2799 Gen. 49.23 2801 Gen. 49.23 2804 Gen. 49.24 2807
 Gen. 49.24 2812 Gen. 49.25 2813 Is. 42.1 2814 Gen. 49.25 2818 Gen.
 49.25

2804 arcum - 2805 propugnator] Hier., *Hebr. quaes.*, CCSL 72.56,10-11 2811 firmitas - Israel] Isid., *Ety.* 7.2.38 2812 Quis adiuuit - 2813 anima mea] Ambr., *De patr.* II.49, CSEL 32/2.152,5-8 2815 enim - 2817 dominaretur] Ambr., *De patr.* II.50, CSEL 32/2.152,9-11 2818 duorum - 2823 suxisti] Ambr., *De patr.* II.51, CSEL 32/2.152,14-20

2797 aspiciant FT] accipiant A 2808 uel quibus eum suspensum ligno crucifixerunt] om. A 2809 Iacob] Iacob, hoc est, per manum omnipotentis dei Iacob AFT 2820 uere] om. A 2820 erat] erant A 2821 de se domino] populo domini Ambr.

mulier in euangelio ait, *Benedictus uenter qui te portauit, et ubera quae suxisti.*

Benedictionibus uberum et uuluae. Etiam hic benedicitur uulua eiusdem matris, illa utique uirginalis, quae nobis Christum dominum edidit, de qua pater per Ieremiam prophetam dicit, *Priusquam te formarem in utero, noui te, et antequam exires de uulua, sanctificaui te.*

Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum tuorum. Benedictiones, inquit, patris tui caelstis, quae datae sunt tibi a summo caeli, et abyssi confortatae sunt, id est, praeualuerunt benedictionibus patrum tuorum. Vltra omne enim sanctorum meritum patriarcharum, siue prophetarum, conualuit benedictio omnipotentis patris in filio, ita ut ei nullus sanctorum aequetur.

Donec uenerit desiderium collium aeternorum. Colles isti sancti sunt, qui Christi aduentum prophetantes, magno cum desiderio incarnationem eius exspectauerunt, de quibus et dominus dicit, *Quia multi iusti et prophetae cupierunt uidere quae uidetis.* Hi ergo sancti dicti sunt colles propter excellentiam sanctitatis. Qui etiam aeterni uocantur, quia uitam consecuntur aeternam, nec intereunt cum mundo, sed esse creduntur aeterni.

Fiant in capite Joseph. Omnes scilicet benedictiones istae super caput Christi ponuntur, quas incarnatus accepit.

Et super uerticem Nazarei, de quo scriptum est, *Quoniam Nazareus uocabitur, id est, sanctus dei.*

2825
285C

2830

2835

285D

2840

286A

2845

2822 Lc. 11.27 2824 Gen. 49.25 2826 Ier. 1.5 2829 Gen. 49.26 2835 Gen. 49.26 2838 Mt. 13.17 2842 Gen. 49.26 2844 Gen. 49.26 2844 Mt. 2.23

2824 benedicitur - 2828 sanctificaui te] Ambr., *De patr.* 11.51, CSEL 32/2.153,23-154,2 2833 meritum - prophetarum] Ambr., *De patr.* 11.51, CSEL 32/2.154,6-8 2834 nullus sanctorum aequetur] Ambr., *De Joseph* 3.13, CSEL 32/2.80,14 2840 aeterni - 2841 creduntur aeterni] Ruf., *De bened. patr.* 2.26, CCSL 20.223,92-95 2842 Omnes - 2843 accepit] Ruf., *De bened. patr.* 2.26, CCSL 20.223,98-101 2844 Nazareus - 2845 sanctus dei] Isid., *Ety.* 10.190

2824 Benedictionibus] De benedictionibus A 2826 edidit] dedit F 2829 sunt] sunt id est praeualuerunt A 2830 Benedictiones inquit - 2832 patrum tuorum] om. A 2832 omne enim] enim omne F 2832 sanctorum meritum] meritum sanctorum A 2842 benedictiones istae] istae benedictiones Ruf. 2844 Quoniam T *Vulg.*] Quia A Quo F

Inter fratres suos, quia ipse est caput omnium eminentes uniuersorum sanctorum, quos etiam et fratres uocat in Psalmis.

xii. *Beniamin lupus rapax, mane comedet praedam et uespere diuidet spolia. Quibus dictis Paulus apostolus designatur, de Beniamin stirpe progenitus, qui mane rapuit praedam, id est, in primordiis fideles, quos potuit, deuastauit. Vespere autem spolia diuidit, quia fidelis post modum factus sacra eloquia audientibus discretionem mirifica dispensauit.*

Legimus quendam ex doctoribus ad urbem Hierusalem ea quae de Beniamin scripta sunt referentem. Beniamin, inquit, filius doloris interpretatur. Hic sorte haereditatis eum locum accepit, in quo terrena est Hierusalem, quae nunc propter incredulitatem abiecta est atque repulsa. Haec enim in filiis suis sub persona Beniamin designatur. Nam sicut Beniamin ultimam consequitur benedictionem, ita et idem populus *ultimus* est saluandus, postea quam plenitudo gentium introierit.

Dicit enim *Beniamin lupus rapax. Lupus*, scilicet, quia ipse populus effudit sanguinem prophetarum atque iustorum. Rapax autem propter ariditatem dicitur. Ex multa enim fame uerbi dei et inedia uenit *rapax*, quia et ipse uiolenter diripuit regnum dei.

Hic autem *mane comedet praedam*. Mane illud tempus creditur, quo legem accepit. Tunc enim mundo prima quidam illuminatio scientiae data est. *Comedet autem mane*, quia legem quam mane accepit edit adhuc et meditatur, licet sequens legem iustitiae in legem fidei non peruerterit.

Ad uesperam autem diuidet spolia. Vespera est illud tempus nouissimum quo conuertetur. Tunc ergo diuidet escam, tunc intellegit diuidendam esse litteram ab spiritu, et tunc cognoscet, quia *littera*

2846 Gen. 49.26 2848 Gen. 49.27 2862 Gen. 49.27 2866 Gen. 49.27 2871
 Gen. 49.27 2873 2 Cor. 3.6

2846 quia ipse - 2847 uocat] Ambr., *De patr.* 11.52, CSEL 32/2.154,13-17 2849
 Quibus dictis - 2852 eloquia] Greg., *Mor.* 18.16, CCSL 143A.901,43-49 2855 Be-
 niamin - 2860 saluandus] Ruf., *De bened. patr.* 2.29, CCSL 20.226,7-9; 12; 16-
 18 2864 propter ariditatem - 2877 non fecit] Ruf., *De bened. patr.* 2.29, CCSL
 20.227,19-35

2850 qui] quia F 2865 quia et] om. A 2867 prima quidam AT] quaedam prima
 F 2872 tunc] uel tunc F

2850

2855

286B

2860

2865

286C

2870

Origenes Hieronymus Augustinus *DGcM De ciu. dei C. Faustum* Gregorius
Cyprianus Cassianus Paulinus – Caesarius Gregorius Illibertanus Ambrosius Rufinus – Isidorus

occidit, spiritus autem uiuificat. Quia ergo iam per gratiam domini inluminatus incipit in lege spiritalia a corporalibus diuidere et separare, ideo dicitur *ad uesperam diuidet escam*, quod tota die in lege meditans ante non fecit. 2875

Quaeritur autem de Iacob, cur omnes quos de liberis et de ancillis genuit aequales honore filios et haeredes constituerit, nisi ut ostenderet quod Christus dominus omnibus gentibus, qui per fidem corpori eius conciliantur, cunctis pari honore et gloria habitis, caelestia praemia largiatur? Nec est discretio, Iudaeus an Graecus, barbarus an Scytha, seruus an liber sit, quia per omnia et in omnibus Christus est. Propterea enim figuram seruui saluator noster et dominus induit, et pro libero et pro seruo seruuiuit, ut omnibus credentibus in se aequale donum bonorum caelestium largiatur. Nec praeferatur apud illum qui secundum carnem nobilior sit. Quicumque enim fidem domini promeretur, nullis maculis carnalis nativitatis obfuscatur. Nam hoc ita futurum etiam per prophetam significatur, dicente domino, *Erit in diebus nouissimis, effundam de spiritu meo super omnem carnem.* 2880 287A 2885 288A 2890

286D

2880

287A

288A

2890

Victorinus

2883 Col. 3.11 2890 Act. 2.18

2877 meditans] meditatus A